Stravolfcius Simon.
Strigelius Viatorinus.
Stuckius Ioannes Gulielmus.
Stupanus Emmanuel, & Ioannes
 Nicolaus.
Sturcius Christophorus.
Styzelius Ioannes Georgius.
Suetonius Cajus.
Suevus Godefridus.

- Sulperius* Iacobus.
de Summa Acacius.
Superbus Augustinus.
Surtinus Titus.
Sufius Nicolaus.
Sutor Petrus.
Swertius Franciscus.
Sylvius vel *Silvius* Æneas , &
 Ioannes.
Sylvaticus Ioannes Baptista.
Syngelus Michael.
Syrus Damascus.
Tabor Ioannes Otto.
Tabus Antonius.
Tacitus Cornelius.
Tæleomius Gulielmus.
Taillepiet Natalis.
Talera Cælestinus.
Tamajus Thomas.
Tallemant Franciscus.
Talon Nicolaus.
Tanarés Emmanuel.
Tarnovius Paulus.
Tatti Bonaventura.
Tanrellus Andreas.
Taurentiensis Cyprianus.
Taurinensis Maximus.
Taxander Andreas Desselius.
Tegnagel Sebastianus.
Teisserius Antonius.
Fempesta Dominicus.
 à *S. Teresa* Elias , & Ludovicus.
Tettius Scipio.
Textor Ioannes Ravifius.
Theander Georgius.
Thenennius Pantaleon.
Theobaldus Zacharias.
Thevetus Andreas.
Thilologus Valentinus.
Thomasius Iacobus Philippus.
Thomasius Iacobus.
Thuanus Iacobus Augustus.
Thuilius Ioannes.
Thummius Theodorus.
Thurvinus Bryanus.
Thysius Antonius.
Tiberius Darius.
Ticinensis Augustus.
Tilmannus Gotofredus.
Tiraquel Andreas.
Tirinus Iacobus.
Tiro Tullius.
Titelmannus Franciscus.
Tolensis Franciscus.
Tolosa Casimir, Ioannes, & Mar-
 cellus.
Tollez Baltazar.
Tollus Cornelius.
Tomæus Thomas.
Tomasinus Iacobus Philippus.
Tonstatus Hieronymus.
Toppi Nicolaus.
Tornicellus Carolus.
Tortellius Ioannes Aretinus.
de Torrès Ludovicus.
Toscanus Isidorus.
Tossanus Daniel, & Paulus.
Tovunley Zouchus.
Tracinthus Rodolphus.
Trasaglio Severus.
Tranquillus Cajus Suëtonius.
Tretatius Lucas.
Tremomius Conrardus.
Treterus Thomas.

- Tribbechovius* Adamus.
Trichetus du Fresne Raphaël.
Trigaut Nicolaus.
à S. Trinitate Dominicus, & Phi-
 lippus.
Triffa Ioannes.
Triffontius Iacobus.
Trithemius Ioannes.
Trittonius Rogerius.
Tronchinus Theodorus.
Trullus Ioannes.
Tuccius Stephanus.
de Tuso Ioannes Baptista.
Tucherus Fridericus.
Turriginus Franciscus Maria.
Turfelinus Horatius.
Turrianus Ludovicus.
Turtura Augustus.
Tuvinus Brianus.
Tyrinus Dorotheus.
Vanius Otto.
Valeus Antonius.
Valadier Andreas.
de Valasco Franciscus.
Valentinus Ioannes.
Valerius Augustinus, & Corne-
 lius.
Valesius Hadrianus, & Henricus.
Valla Theodorus.
della Valle Fabricius.
Vallis Hieronymus,
Vallius Georgius.
Valois Ioannes.
Valuta Thomas.
Vanden Steer Ioannes Chryfosto-
 mus.
Vanden Zype Henricus.
Vander Bucchius Hadrianus.
Vanderlinden Ioannes Antonides.
Vanbelmont Ioannes Baptista, &
 Franciscus Mercurius.
Vanmander Carolus.
Vannemakerus Philippus.
Varchius Benedictus.
Varenius Augustus.
Vasarius Georgius.
Vassebergius Richardus.
Vavassor Franciscus.
Vanhurne Christophorus.
Vbaldus Andreas.
Vechnerus Georgius.
de Vega Emmanuel.
Vegerius Coniardus.
Veglensis Matthæus.
Velutellus Alexander.
Venator Baltazar.
Venerabilis Petrus.
de Venere Bonaventura.
Ventimilius Iacobus.
Venustus Antonius Maria.
Ferberetanus Constantinus.
Verderius Antonius, & Claudius.
de Vergas Bernardus.
Verheiden Iacobus, & Ioannes.
Vermanderus Carolus, Vide, *Fam-
 mander*.
Vernaccia Baptista.
Vernulaus Nicolaus.
Veronensis Donatus, Guarinus, &
 Nicolaus.
Verusius Ioannes Dominicus.
Verulanus Sulpitius.
Vghellus Ferdinandus.
Vgonius Pompejus.

- Vriogerus* Isidorus.
Vualardus Franciscus Maria.
Vicentinus Ludovicus.
Victor Ioannes.
de S. Victore Hugo.
Victorellus Andreas.
Victorinus Sanctolius.
Victorius Marianus.
Vicus Æneas.
Victorius Hieronymus.
Vigenerius Blasius.
de Villa Stephanus.
Villarminus Franciscus.
Villanus Philippus.
Villavincencius Laurentius.
Villerius Georgius.
Vimbodinus Michaël Ioannes.
Vincenti Petrus.
Vincentius Antonius, Ioannes, & Petrus.
Vindingus Erasmus.
Vindocimensis Matthæus.
Vinctus Elias.
Viola Petrus.
Virgilius Marcus Antonius, & Polidorus.
Virgine Maria Daniel.
Vrlingus Franciscus.
Visch Carolus.
Vitalis Ianus, & Salvator.
Vitriaco Iacobus.
Vivis Egnatius.
Vivo Gennarus.
Vlenbergius Gaspar.
Vlisipponensis Marcus.
Vloa Alphonfus.
Vloms Marcus Antonius.
Vlricus Caspar.
Voërsius Franciscus.
Voësius Gilbertus.
Voëthusius Ioannes.
Voisin Lancelot. Vide, *Popelinière*.
Volaterranus Raphaël Maphæus.
 Vide, *Maphaus*.
Volradi Iacobus.
Volterre Iacobus.
Volusus Adolphus Gotofridus.
Vomelius Cyprianus.
Vonstossen Gerardus.
Vornken Gulielmus.
Vorstius Adolphus, & Ælius Everardus.
Vossius Gerardus, & Ioannes Gerardus.
Voyer d'Argenson Claudius.
Vrientus Maximilianus.
Vrera Ludovicus.
Vrsinus Fulvius, & Gaspar.
Vrstititius Christianus.
Vsenhovius Carolus.
Vultesius Hermannus.
VVadingus Lucas.
VVake Isaacus.
VWalpolus Michaël.
VValterus Bartolomæus.
VVangenerkius Simon.
VVannemakerus Philippus.
VVarans Iacobus.
VVarnevvicus Marcus.
VVascrus Caspar.
VWebster Ioannes.
VVechelius Andreas, & Christianus.
VVhear Degoreus.

VVen-

- Venzelius* Christoph. Adam.
Verenfelsius Petrus.
Vernerus Abrahamus.
Verlinus Balthazar.
Vertzius Ioannes.
Vesembecius Matthæus.
Vestenius Ioannes Rodolphus.
Vethampstedus Ioannes.
Vielmus Hieronymus.
Vilkins Andreas.
Villichius Iodocus.
Villotus Henricus.
Vimphelengius Iacobus.
Vinckelmannus Ioannes.
Vinshemius Vitus.
Vinstrupius Petrus.
Vinterus Ioannes.
Vion Arnoldus.
Virthius Ernest. Cholinus.
Visten M. Henningus.
Volphius Gaspar, & Hieronymus.
Vasmerus Michael.
Vostonus Henricus.
Voverius Ioannes.
Vuclaus Hieronymus.
Xylander Gulielmus.
Xopez Antonius.
Xvannes Franciscus.
Zabarella Iacobus.
Zancharolus Basilius.
Zanchius Basilius.
Zannachius Iacobus.
Zapate Antonius.
Zeslerus Martinus.
Zenus Iacobus.
Zieglerus Hieronymus, & Michael.
Zilctus Ioannes Baptista.
Zoësius Nicolaus.
Zucchi Bartolomæus.
Zuchemus Viglius.
Zuerius, Boxhornius Marcus.
Zuingerus Iacobus, & Theodorus.

PHILIPPI

PHILIPPI LABBE,
BITURICI SOCIETATIS
IESV PRESBYTERI,
BIBLIOTHECA
NUMMARIA,

*EX THEOLOGIS, IURISCONSULTIS, MEDICIS,
ac Philologis concinnata, & in duas Partes tributa :*

I. De Antiquis Numismatibus, Hebræis, Græcis,
& Romanis.

II. De Monetis, Ponderibus & Mensuris.

*Cum Mantiſſâ Antiquariæ Supellectilis, ex Annulis, Sigillis, Gemmis,
Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, ſimilibuſque,
Romana præſertim vetuſtatis Monumentis collectâ.*



BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ PRIMA PARS.

De Antiquis Numismatibus.

Abrahamus Gorlaeus, Antuerpianns.



HES AURUS Numismatum Romanorum : sive Nummi Aurei, Argentei, Ærei, ad Familias Romanas spectantes, usque ad obitum Augusti. Accesserunt typi eorundem Nummorum, quos Fulvius Ursinus omisit, aut aliter edidit. Amstelodami, apud Cornelium Nicolaum, 1608. in folio. Sunt & qui in 4. ibidem prodiisse asserant.

De ejus Dactylitheca, sive Tractatu de Annulis dicemus in Mantissa.

Abrahamus Ortelius, Antuerpianns, Regis Catholici Geographus.

Præter ea Numismata, quæ in Thesauro Geographico, Pareργο Ptolemæico, aliisque libris exhibuit :

Extant Deorum Dearumque capita ex antiquis Numismatibus collecta ejus operâ, atque edita à Philippo Gallæo Antuerpiæ, anno 1573. Quæ postea anno 1602. emisit in lucem Franciscus Svvertius F. Antuerpianns, Historica narratione illustrata, Antuerpiæ, apud Ioannem Baptistam Vvintium, in 4.

Achilles Statius, Lusitanus.

Vide infra, verbo, Fulvius Ursinus.

Adolfus Occo, Augustanus Medicus.

Imperatorum Romanorum Numismata propè omnia à Pom-
peio Magno ad Heraclium, & Inscriptiones eorundem, & sym-
bola Emblematum accuratissimè: verùm absque figuris æri aut
ligno incis. Antwerpæ, apud Christophorum Plantinum, 1579.
in 4. & multis nummorum millibus auctius atque emendatius, Au-
gusta Vindelicorum, in 4. ad insigne pinus, anno 1601. qui non
fuit sæculi à Christo nato decimi sexti, sed sæculi decimi septimi
primus.

Æneas Vicas, Parmensis.

Imperatorum XII. Icones è Numismatibus desumptas, cum
aversis partibus, addita perbrevis cujusque vitæ descriptione, edi-
dit Venetiis, anno 1554. in 8.

Idem anno 1555. primorum XII. Cæsarum Genealogiarum
Stemmatum, Consanguinitatum, Affinitatumque veram delinea-
tionem in Tabula scitissimè sculpta exhibuit: quam V. C. Ra-
phaël Trichet du Fresne omnis rei antiquariæ peritissimus inter
cætera omnis generis *καμήλια* servabat in exquisitissima sua Biblio-
theca, cui nostra hæc Nummaria plurimum debere se ingenuè pro-
fiteretur.

Reliqua librorum *Æneæ Vici* ad Imperatorum Historiam à Ju-
lio Cæsare usque ad Lucium Verum, à Jacobo Franco Chalco-
grapho Veneto in lucem edita, Venetiis, apud Francum, 1601.
in 4.

Augustarum Imagines æneis formis excusæ Venetiis cum ca-
rum Vitis, 1557. in 4. & anno 1562. Liber I. ex libris 23. Com-
mentariorum in vetera Imperatorum Numismata, cum figuris,
in 4.

Secunda pars Augustarum à Plotina ad Saloninam ex schedis
Æneæ Vici, in 4.

Discorsi sopra le Medaglie de gli Antichi, Venetiis 1555. & alibi.

Plura vide infra, verb. *Jacobus Francus, Ioannes Baptistæ Duvalius,*
& *Natalis Comes.*

Andreas Fulvius, Prænestinus.

Primus omnium, ut quibusdam visum est, Effigies Imperato-
rum

rum in lucem dedit in libro, cui titulus est, Illustrium Imagines, Romæ, anno 1517. apud Iacobum Mazochium. Verùm alii librum hunc à Iacobo Sadoletto oblatum censent fuisse Leoni X. Papæ, sive ejus germanus auctor fuerit, sive hicce Andreas Fulvius, qui præterea urbis Romæ descriptionem prosa & carmine celebrasse memoratur ab Onuphrio Panvino Præfatione in Commentarios de Republica Romana.

Andreas Schottus, Antuerpianus, S. I.

Sexti Aurelii Victoris Historiæ Augustæ Breviario primò à se reperto, tum alteri pridem vulgato, Imperatorum icones inseruit. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1579. in 8.

Idem Antonii Augustini Tarraconensis Archiepiscopi Dialogos XI. ex Hispanica dialecto Latinè reddidit, ut mox dicemus, & insuper duodecimum adjecit de Diis Deabusque Gentiliis, cum Catalogo Auctorum, qui de Numismatibus scripserunt, ex Hulsiano ferè deprompto.

Anonymi post nominatos Scriptores succedent suo deinceps ordine.

Antonius Augustinus, ex Alifano Ilerdensis Episcopus, ac tandem Tarraconensis Archiepiscopus, non Cesar-Augustinus, ut scripsit nonnemo.

De Numismatibus præcis, eorumque inscriptionibus ac symbolis Dialogos XI. eruditissimos edidit, Hispanico idiomate expressos.

Italicè vertit Dionysius Octavianus Sada, emisit que Romæ, 1592. in folio, apud Guillelmum Faciottum, cum ejusdem Sadæ auctario.

Idem Dialogi in 4. Italicè excusi sunt cum figuris æri incis, nec interprete, nec Bibliopola, nec anno expressis. Locus tamen editionis perhibetur Roma:

Latinè reddidit Andreas Schottus S. I. Antuerpiæ apud Henricum Aërthsum, anno 1617. cum Numismatum iconibus scorsim editis à Iacobo Bizeo æri graphicè incis.

Antonius Chappnys, Delphinus.

Vide infra, verbo, Gabriel Simcon.

Antonius Pifo, Lotharingie Ducis Medicus.

Discours sur les Medailles & graveures antiques, principalement

Romaines, avec une exposition particulière de quelques planches, en tables étant sur la fin du livre, &c. Par Monsieur Ansoine le Pois, Conseiller & Medecin du Duc de Lorraine, Parisiis, apud Mamert. Patifonium, 1579. in 4.

Antonius Zantanus, Comes & Eques.

Primorum XII. Cæsarum verissimæ imagines ex antiquis Numismatibus desumptæ, addita perbreui cujusque Vitæ descriptione, ac diligentiorum quæ reperiri potuerunt Numismatum averse partis delineatione. Libri primi editio tertia Romæ apud Iacobum Mascardum, 1614. in 4.

Augustinus Iuruges, Siculus.

Panormitanorum Numismata explicuit. Vide infrà, verbo, Philippus Paruta.

Balthasar Perez, de Castello, Canonicus Burgensis.

Los discursos de la Religion, Castrametation, Asiento del Campo, Bassos y exercicios de los antiguos Romanos y Griegos, del illustre Guillermo de Choul, del Consejo del Christianissimo Rey de Francia. Traduzido en Castellano de la Lingua Francesa por el Maestro Balthasar Perez del Castillo, Canonigo, y natural de la Ciudad de Burgos. Lugduni, apud Guillelmum Rouillium, in 4. anno 1579.

Cæsar Baronius, Soranus, S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius.

In XII. Annalium Ecclesiasticorum Tomis à Christo nato usque ad annum MCXCVIII. veteres identidem Nummos ex cæliarchiis Lælii Pasqualini, & aliorum Antiquariorum erutos liberato orbi communicavit. Editi sunt Romæ, Antuerpiæ, Venetiis, Colonia, &c.

Cæsar Malfattus, Paduanus.

Vide infrà, verbo, Laurentius Pignorius.

Carolus Dux Croviacus & Arshotanus, &c.

Ejus curâ & impensis olim congesta, æriq; à Jacobo Biao incisa Imperatorum à Romulo & Caio Julio Cæsare ad Justinianum Augustum Numismata, in 4. cum notis Joannis Hemelarii, anno 1627. edita: deinde insigni auctario locupletata, brevique commentario, operâ Casperii Gevartii, ut ferunt, illustrata prodire Antuerpiæ, apud Henricum Aertsium, 1634. in folio. Prima editio in eadem urbe, apud Hieronymum Verdussium ab anno 1615. in 4. præcesserat.

Carolus

Carolus Patinus, Guidonis F. Parisiensis Medicus Doctor.

Familias Romanas in antiquis Numismatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Augusti, ex Bibliotheca Fulvii Ursini, cum adjunctis Antonii Augustini Episcopi Herdensis, restituit, recognovit, auxit. Parisiis, apud Joannem du Bray, Petrum Variquet & Robertum de Ninville, in folio, anno 1663.

*Casperius Gevartius, I. C. Cesareus, Regiusque Consiliarius;
& Historiographus, atque Urbis Antuerpiana.
Archigrammateus.*

Plura exhibet ad veterem Nummariam suppellectilem spectantia in celebri pompa introitus Serenissimi Principis Ferdinandi Austriaci Hispaniarum Infantis Belgarum & Sequano-Burgundionum Gubernatoris in urbem Antuerpiensem. In majori folio, 1642. Antuerpiæ, apud I. Meurs.

Idem operi Goltziano de Imperatoribus Romanis à Balthasare Moreto, Antuerpiæ, in folio, anno 1645. recuso, cum figuris luteo colore illitis, Vitas Imperatorum Romanorum addidit ab Alberto II. usque ad Ferdinandum III. Quod mirum fuisse neglectum ab Antiquario quodam erudito, qui quamvis magnus sit, & videatur solers, non tantum extranea quæque & longius disita, sed etiam quæ in oculis erant ac manibus, prætermisit.

Claudius Chiffletius, Bisuntinus, I. C.

De Numismate antiquo liber postumus prodiit Lovanii, in 8. 1628. apud Cornelium Conestinium, unà cum Erycii Puteani Tabulis rei Nummariæ, de quibus egimus secunda Parte.

Idem subjunctus est Dissertationi de Othonibus æreis Henrici Thomæ Chiffletii, 1656. in 4. Antuerpiæ.

Claudius Guichardus, I. V. D.

Funerailles, & diverses manières d'ensevelir les Romains, Grecs, & autres Nations, tant anciennes que modernes, dédiées au Duc de Savoie-Lugduni, apud Joannem De Tournes, in 4. anno 1581.

Claudius Menetrcius, Cemeliarchii Barberini Præfæctus.

Extant sex tabulæ Numismatum ad religionem Dianæ Ephesæ spectantium post ejus opus postumum de symbolica Dæ illius *πολυμάχου* statua, ut pluribus diximus in Mantissa Antiquariæ suppellectilis.

Conradus

- Tribbechovius* Adamus.
Trichetus du Fresne Raphaël.
Trigant Nicolaus.
à S. Trinitate Dominicus, & Phi-
 lippus.
Triffa Ioannes.
Triffontius Iacobus.
Trithemius Ioannes.
Trittonius Rogerius.
Tronchinus Theodorus.
Trullus Ioannes.
Tuccius Stephanus.
de Tuso Ioannes Baptista.
Tucherus Fridericus.
Turrigius Franciscus Maria.
Turfelinus Horatius.
Turtianus Ludovicus.
Turtura Augustus.
Tuvinus Brianus.
Tyrius Dorotheus.
Vanus Otto.
Valaus Antonius.
Valadier Andreas.
de Valasco Franciscus.
Valentinus Ioannes.
Valerius Augustinus, & Corne-
 lius.
Valesius Hadrianus, & Henricus.
Valla Theodorus.
della Valle Fabricius.
Vallis Hieronymus,
Vallius Georgius.
Valois Ioannes.
Valuta Thomas.
Vanden Steer Ioannes Chrysolto-
 mus.
Vanden Zype Henricus.
Vander Bucchius Hadrianus.
Vanderlinden Ioannes Antonides.
Vanhelmont Ioannes Baptista, &
 Franciscus Mercurius.
Vanmander Carolus.
Vannemakerus Philippus.
Varchius Benedictus.
Varenius Augustus.
Vasarius Georgius.
Vassebergius Richardus.
Vavassor Franciscus.
Vanburne Christophorus.
Vbalus Andreas.
Vechnerus Georgius.
de Vega Emmanuël.
Vegerius Coniardus.
Veglensis Matthæus.
Velucellus Alexander.
Venator Baltazar.
Venerabilis Petrus.
de Venere Bonaventura.
Ventimilius Iacobus.
Vennstus Antonius Maria.
Verberetanus Constantinus.
Verderius Antonius, & Claudius.
de Vergas Bernardus.
Verbeiden Iacobus, & Ioannes.
Vermanderus Carolus, Vide *Van-
 mander*..
Vernaccia Baptista.
Vernulaus Nicolaus.
Veromensis Donatus, Guarinus, &
 Nicolaus.
Verusius Ioannes Dominicus.
Verulanus Sulpitius.
Vghellus Ferdinandus.
Vgonius Pompejus.

Vgriem!

- Vgriogerus* Isidorus.
Vualardus Franciscus Maria.
Vicentinus Ludovicus.
Victor Ioannes.
de S. Victore Hugo.
Vitorellus Andreas.
Victorinus Sanctolius.
Victorius Marianus.
Vicus Æneas.
Victorius Hieronymus.
Vigenerius Blasius.
de Villa Stephanus.
Villarminus Franciscus.
Villanus Philippus.
Villavincencius Laurentius.
Villerius Georgius.
Vimbodinus Michaël Ioannes.
Vincenti Petrus.
Vincencius Antonius, Ioannes, & Petrus.
Vindingus Erasmus.
Vindocinensis Matthæus.
Vinetus Elias.
Viola Petrus.
Virgilius Marcus Antonius, & Polidorus.
à Virgine Maria Daniel.
Virlingus Franciscus.
Visch Carolus.
Vitalis Ianus, & Salvator.
de Vitriaco Iacobus.
de Vivis Egnatius.
de Vivo Gennarus.
Vlenbergius Gaspar.
Vlisipponensis Marcus.
Vloa Alphonsus.
Vluus Marcus Antonius.
Vlricus Caspar.
Voërsius Franciscus.
Voëtius Gilbertus.
Voëthufius Ioannes.
Voisin Lancelor. Vide, *Popelinière*.
Volaterranus Raphaël Maphæus.
 Vide, *Maphæus*.
Volradi Iacobus.
Volterre Iacobus.
Volusius Adolphus Gotofridus.
Vomelius Cyprianus.
Vonstossen Gerardus.
Vornken Gulielmus.
Vorstius Adolphus, & Ælius Everardus.
Vossius Gerardus, & Ioannes Gerardus.
Voyer d'Argenson Claudius.
Vrientus Maximilianus.
Vrera Ludovicus.
Vrsinus Fulvius, & Gaspar.
Vrsititius Christianus.
Vtenhovius Carolus.
Vultejus Hermannus.
VVadingus Lucas.
VVake Isaacus.
VValpolus Michaël.
VValterus Bartolomæus.
VVangenerkius Simon.
VVannemakerus Philippus.
VVaraus Iacobus.
VVarneovicus Marcus.
VVaserus Caspar.
VWebster Ioannes.
VVechelius Andreas, & Christianus.
VVhear Degoreus.

VVen-



BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ PRIMA PARS.

De Antiquis Numismatibus.

Abrahamus Gorlaeus, Antuerpianns.



HESÆURUS Numismatum Romanorum : sive Nummi Aurei, Argentei, Ærci, ad Familias Romanas spectantes, usque ad obitum Augusti. Accesserunt typi eorundem Nummorum, quos Fulvius Ursinus omisit, aut aliter edidit. Amstelodami, apud Cornelium Nicolaum, 1608. in folio. Sunt & qui in 4. ibidem prodiisse asserant.

De ejus Dactyliotheça, sive Tractatu de Annulis dicemus in Mantissa.

Abrahamus Ortelius, Antuerpianns, Regis Catholici Geographus.

Præter ea Numismata, quæ in Thesaurò Geographico, Pæregero Ptolemæico, aliisque libris exhibuit :

Extant Deorum Dearumque capita ex antiquis Numismatibus collecta ejus operâ, atque edita à Philippo Gallæo Antuerpiæ, anno 1573. Quæ postea anno 1602. emisit in lucem Franciscus Sverterius F. Antuerpianns, Historica narratione illustrata, Antuerpiæ, apud Joannem Baptistam Vvintium, in 4.

Achilles Statius, Lusitanus.

Vide infra, verbo, Fulvius Ursinus.

Adolfus Occo, Augustanus Medicus.

Imperatorum Romanorum Numismata propè omnia à Pompeio Magno ad Heraclium, & Inscriptiones eorundem, & symbola Emblematum accuratissimè: verùm absque figuris æri aut ligno incis. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1579. in 4. & multis nummorum millibus auctius atque emendatius, Augustæ Vindelicorum, in 4. ad insigne pinûs, anno 1601. qui non fuit sæculi à Christo nato decimi sexti, sed sæculi decimi septimi primus.

Aeneas Vicius, Parmensis.

Imperatorum XII. Icones è Numismatibus desumptas, cum averfis partibus, addita perbrevis cujusque vitæ descriptione, edit Venetiis, anno 1554. in 8.

Idem anno 1555. primorum XII. Cæsarum Genealogiarum Stemmatum, Consanguinitatum, Affinitatûmque veram delineationem in Tabula scitissimè sculpta exhibuit: quam V. C. Raphaël Trichet du Fresne omnis rei antiquariæ peritissimus inter cætera omnis generis *καμύλια* servabat in exquisitissima sua Bibliotheca, cui nostra hæc Nummaria plurimum debere se ingenuè profiteretur.

Reliqua librorum Aeneæ Vici ad Imperatorum Historiam à Julio Cæsare usque ad Lucium Verum, à Jacobo Franco Chalcographo Veneto in lucem edita, Venetiis, apud Francum, 1601. in 4.

Augustarum Imagines æneis formis excusæ Venetiis cum eorum Vitis, 1557. in 4. & anno 1562. Liber I. ex libris 23. Commentariorum in vetera Imperatorum Numismata, cum figuris, in 4.

Secunda pars Augustarum à Plotina ad Saloninam ex schedis Aeneæ Vici, in 4.

Discorsi sopra le Medaglie de gli Antichi, Venetiis 1555. & alibi.

Plura vide infra, verb. Jacobus Francus, Ioannes Baptista Duvalius.

& *Natalis Comes.*

Andreas Fulvius, Prænestinus.

Primus omnium, ut quibusdam visum est, Effigies Imperatorum

rum

rum in lucem dedit in libro, cui titulus est, Illustrium Imagines, Romæ, anno 1517. apud Iacobum Mazochium. Verùm alii librum hunc à Iacobo Sadoleto oblatum censent fuisse Leoni X. Papæ, sive ejus germanus auctor fuerit, sive hicce Andreas Fulvius, qui præterea urbis Romæ descriptionem prosa & carmine celebrasse memoratur ab Onuphrio Panvinio Præfatione in Commentarios de Republica Romana.

Andreas Schottus, Antuerpianus, S. I.

Sexti Aurelii Victoris Historiæ Augustæ Breviario primum à se reperto, tum alteri pridem vulgato, Imperatorum icones inseruit. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1579. in 8.

Idem Antonii Augustini Tarraconensis Archiepiscopi Dialogos XI. ex Hispanica dialecto Latinè reddidit, ut mox dicemus, & insuper duodecimum adjecit de Diis Deabusque Gentiliis, eum Catalogo Auctorum, qui de Numismatibus scripserunt, ex Hulsiano ferè deprompto.

Anonymi post nominatos Scriptores succedent suo deinceps ordine.

Antonius Augustinus, ex Alifano Ilerdensis Episcopus, ac tandem Tarraconensis Archiepiscopus, non Cesar-Augustinus, ut scripsit nonnemo.

De Numismatibus præcis, eorumque inscriptionibus ac symbolis Dialogos X.I. cruditissimos edidit, Hispanico idiomate expressos.

Italicè vertit Dionysius Octavianus Sada, emisitque Romæ, 1592. in folio, apud Guillelmum Faciottum, cum ejusdem Sadæ auctario.

Idem Dialogi in 4. Italicè excusi sunt cum figuris æri incisiss, nec interprete, nec Bibliopola, nec anno expressis. Locus tamen editionis perhibetur Roma:

Latinè reddidit Andreas Schottus S. I. Antuerpiæ apud Henricum Aërtsium, anno 1617. cum Numismatum iconibus scorsim editis à Iacobo Bixeo æri graphicè incisiss.

Antonius Chappnys, Delphinus.

Vide infra, verbo, Gabriel Simeon.

Antonius Pifo, Lotharingie Ducis Medicus.

Discours sur les Medailles & graveures antiques, principalement

Romaines, avec une exposition particulière de quelques planches, ou tables étant sur la fin du livre, &c. Par Monsieur Antoine le Pois, Conseiller & Medecin du Duc de Lorraine, Parisiis, apud Mamert. Patissonium, 1579. in 4.

Antonius Zantanus, Comes & Eques.

Primorum XII. Cæsarum verissimæ imagines ex antiquis Numismatibus desumptæ, addita perbreui cujusque Vitæ descriptione, ac diligenti eorum quæ reperiri potuerunt Numismatum averfæ partis delineatione. Libri primi editio tertia Romæ apud Iacobum Mascardum, 1614. in 4.

Augustinus Iurvegus, Siculus.

Panormitanorum Numismata explicuit. Vide infra, verbo, Philippus Paruta.

Balthasar Perez, de Castello, Canonicus Burgensis.

Los discursos de la Religion, Castrametation, Asiento del Campo, Bastios y exercicios de los antiguos Romanos y Griegos, del illustre Guillermo de Choul, del Consejo del Christianissimo Rey de Francia. Traduzido en Castellano de la Lingua Francesa por el Maestro Balthasar Perez del Castillo, Canonigo, y natural de la Ciudad de Burgos. Lugduni, apud Guillelmum Rouillium, in 4. anno 1579.

Cesar Baronius, Soranus, S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius.

In XII. Annalium Ecclesiasticorum Tomis à Christo nato usque ad annum MCXCVIII. veteres identidem Nummos ex cimeliarchiis Lælii Pasqualini, & aliorum Antiquariorum crutos literato orbi communicavit. Editi sunt Romæ, Antuerpiæ, Venetiis, Colonia, &c.

Cesar Malfattus, Paduanus.

Vide infra, verbo, Laurentius Pignorius.

Carolus Dux Croyciacus & Arschotanus, &c.

Ejus curâ & impensis olim congesta, ærique à Jacobo Bixio incisa Imperatorum à Romulo & Caio Julio Cæsare ad Justinianum Augustum Numismata, in 4. cum notis Joannis Hemelarii, anno 1627. edita: deinceps insigni auctario locupletata, brevique commentario, operâ Casperii Gevartii, ut ferunt, illustrata prodire Antuerpiæ, apud Henricum Aertsium, 1634. in folio. Prima editio in eadem urbe, apud Hieronymum Verdussium ab anno 1615. in 4. præcesserat.

Carolus

Carolus Patinus, Guidonis F. Parisiensis Medicus Doctor.

Familias Romanas in antiquis Numismatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Augusti, ex Bibliotheca Fulvii Ursini, cum adiunctis Antonii Augustini Episcopi Herdensis, restituit, recognovit, auxit. Parisiis, apud Joannem du Bray, Petrum Variquet & Robertum de Ninville, in folio, anno 1663.

*Casperius Gevartius, I. C. Cesareus, Regisque Consiliarius,
& Historiographus, atque Urbis Antuerpiana
Archigrammateus.*

Plura exhibet ad veterem Nummariam supellectilem spectantia in celebri pompa introitus Serenissimi Principis Ferdinandi Austriaci Hispaniarum Infantis Belgarum & Sequano-Burgundionum Gubernatoris in urbem Antuerpiensem. In majori folio, 1642. Antuerpiæ, apud I. Meurs.

Idem operi Goltziano de Imperatoribus Romanis à Balthasare Moreto, Antuerpiæ, in folio, anno 1645. recuso, cum figuris luteo colore illitis, Vitas Imperatorum Romanorum addidit ab Alberto II. usque ad Ferdinandum III. Quod mirum fuisse neglectum ab Antiquario quodam erudito, qui quamvis magnus sit, & videatur solers, non tantum extranea quæque & longius distita, sed etiam quæ in oculis erant ac manibus, prætermisit.

Claudius Chiffletius, Bisuntinus, I. C.

De Numismate antiquo liber postumus prodiit Lovanii, in 8. 1628. apud Cornelium Conestinium, unà cum Erycii Puteani Tabulis rei Nummariæ, de quibus egimus secunda Parte.

Idem subiectus est Dissertationi de Othonibus æreis Henrici Thomæ Chiffletii, 1656. in 4. Antuerpiæ.

Claudius Guichardus, I. V. D.

Funerailles, & diverses manières d'ensevelir les Romains, Grecs, & autres Nations, tant anciennes que modernes, dédiées au Duc de Savoye. Lugduni, apud Joannem De Tournes, in 4. anno 1581.

Claudius Menetreius, Cœmeliarchii Barberini Præfectus.

Extant sex tabulæ Numismatum ad religionem Dianæ Ephesiæ spectantium post ejus opus postumum. de symbolica Deæ illius *Πλυμάρτυς* statua, ut pluribus diximus in Mantissa Antiquariæ supellectilis.

Conradus

Conradus Liechtenavins, Vrspergensis Abbas.

Imagines Imperatorum Romanorum insertæ sunt à recentiore quopiam, illius Chronico, quod editum est.

Constantinus Cajetanus, Syracusanus Siculus, O. B.

Dicitur in Bibliotheca Mariana R. P. Hippolyti Maraccii edidisse de Nummis & Numismatibus in honorem B. M. Virginis eius libros duos. Verùm nec locus editionis, nec forma, nec tempus, aut Typographus adscribuntur, ut in aliis plerisque ejusdem aliorum Scriptorum lucubrationibus.

Constantinus Landus, Complani Comes.

In veterum Numismatum Romanorum Miscellanea explicatio- nes edidit, sed absque figuris: Lugduni, in folio, apud Sebastianum de Honoratis, anno 1560.

Dionysius Octavianus Sada.

Vide supra, verbo, Antonius Augustinus.

Dominicus Tempesta, Romanus.

Vitæ Summorum Pontificum à Christo JE SU ad Clementem VIII. Latino Italicoque sermone breviter conscriptæ, cum effigibus eorum ex Nummis & Picturis excerptis, Romæ, apud Hieronymum Franzinum, 1596. in 8.

Franciscus Angelonus, Italus.

Historiam Augustam priscis Numismatibus illustratam, à C. Julio-Cæsare ad Constantinum Magnum Italico sermone scripsit, dicavitque Ludovico XIII. Francorum ac Navaræorum Christianissimo Regi: Romæ, in folio, apud Andream Feium, anno 1640.

Alia quoque scripsisse fertur, quæ ad manus meas nondum pervenerunt.

Illustrium imagines à Jano ad Henricum III. Conradi in Imperio successorem impressæ Lugduni in ædibus Antonii Blanchardi Chalcographi, impensis honestorum virorum Joannis Monsnier, & Francisci Iuste; cujus nomen in prima pagina occurrit, anno à Virginis partu 1524. die 11. mensis Septembris: extant in Bibliotheca Foucquetiana.

Franciscus E. de Mezeray.

Historiæ Gallicæ tribus Tomis inseruit Numismata multa, quæ Regum nostrorum temporibus perhibentur fuisse cusa. Lu-
cetia

ctæ Parisiorum anno 1643. in folio, apud Matthæum Guillemot.

Franciscus Sverterius, F. Antuerpianus.

Deorum Dearumque capita ex antiquis Numismatibus operâ Abrahami Ortelii collecta, atque à Francisco Sverterio Historica narratione illustrata: Antuerpiæ, apud Joannem Baptistam Urin-tium, 1602. in 4.

Ibidem anno seq. eadêmque formâ, XII. Cæsarum imagines è Numismatibus expressæ, & Historica narratione illustratæ, ex Musæo Francisci Sverterii, & anno 1612. in eadem urbe apud Vi-duam & filios Joannis Moreti.

Franciscus Ximenez de Voreca, Castellanus, Regis Hispania & Regni Aragonici Chronologus.

Vide, Vincentius Joannes de la Stanosa.

Fulvius Vrsinus, Romanus.

Familias Romanas ex antiquis Numismatibus descripsit, & ad Divi Augustini tempora deduxit, cum appendice XXX. Famili-iarum ex libro de Familiis Romanorum Antonii Augustini Epif-copi Herdensis. Romæ, apud Hæredes Francisci Tramezini, 1577. in folio.

Ex ejusdem Bibliotheca prodierunt imagines & elogia Virorum Illustrium & Eruditorum ex antiquis marmoribus, gemmis, lapi-dibus, & Numismatibus expressæ, cum Annotationibus. Romæ, formis Antonii Lafreii, in folio, anno 1570. Anno præcedenti eis-dem formis Antonii Lafreii prodierant Illustrium Virorum, ut extant in urbe, expressi vultus collecti ab Achille Sratio Lusita-no, Romæ, in folio, 1569. Vide præterea infra, verbo, Theodorus Gallæus.

Gabriël Simeon, Florentinus.

Les illustres observations Antiques du Seigneur Gabriël Simeon Flo-rentin, en son dernier voyage d'Italie l'an 1557. Lugduni, apud Joan-nem De Tournes, in 4. anno 1558.

Eadem Epitaphiorum ac Numismatum Antiquorum illustratio Italicè, iisdem formis eodêmque anno cusa fuit: *Illustratione de gli Epitaphi & Medaglie Antiche, &c.*

Description de la Limagne d'Anvergne, en forme de Dialogue, avec plusieurs Medailles, Statuës, Oracles, Epitaphes, & autres choses mé-morables, & non moins plaisantes que profitables, aux amateurs de

Kkk

l'Antiquité.

P' Antiquité. Traduit du Livre Italien de Gabriel Simeon, en Langue Françoise, par Antoine Chappuy du Dauphiné. Lugduni, apud Guiljelmum Rouillium, in 4. anno 1561.

Gaillardus Guiranus, in Nemaufensi Senescallia, Præsidentialique Curia Regius Consiliarius, & in suprema Araufionensi Senator.

Explicatio duorum vetustorum Numismatum Nemaufensium ex ære. Araufioni, apud Eduardum Rabanum, 1655. in 4.

Volumina tria ad calcem illius speciminis pollicetur, ac nominatim tertium de re Nummaria Veterum: cujus hæc sunt præcipua capita.

Catalogus Auctorum, qui de Numismatibus scripserunt, vel qui ad illorum intelligentiam faciunt.

De utilitate capiendâ Numismatibus.

An Numismata sint monetae annumeranda?

De Materia & falsitate Nummorum.

De fabricatione & notis Nummorum diversi generis.

De characteribus, numeris & litteris in illis expressis diversæ formæ.

De Numismatibus incognitis, vel saltem obscuris & abstrusis.

Explicatio & illustratio DXXXV. antiquorum Numismatum, ex diversis Auctoribus, & solo Nemaufensi collectorum, ordine Alphabetico, cum figuris.

Quidquid sub terra est in apicum proferes atas.

Gaspardus Vvaserus, Tigurinus.

De eo commodius agemus secundâ Parte hujus Bibliothecæ.

Gregorius Chanlerius, Noricus, Eques Divi Marci.

Cæsareum Chronicon Germanico idiomate edidit à Cajo Julio Cæsare usque ad Matthiam, Imperatorum imaginibus identidem insertis distinctum.

Illud idem Belgicè prodiit, in folio, anno 1617. Amsterodami.

Extant quoque Imperatorum ac Cæsarum Romanorum à C. Julio Cæsare usque ad Maximilianum II. Austriacum descriptiones Nicolai Reusneri, & Georgii Sabini, Lipsiæ, anno 1572. in 8.

Guillelmus Camdenus, Regina Anglorum Historiographus.

In sua Britannia, sive Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ,

&

& Insularum adjacentium Chorographica Descriptione, congestit aliquot antiqua Numismata Britannica. Excusa est sæpius ab anno 1586. in 8. &c. sed præcipuè spectabilis editio in folio, cum Tabulis Chorographicis, anno 1607.

Guillelmus du Choul, Regis Francorum Consiliarius, & Baillivus Montium Delphinatus.

Discours de la Religion des Anciens Romains, illustré d'un grand nombre de Medailles, & de plusieurs belles figures, retirées des Marbres antiques, qui se trouvent à Rome, & par la Gaule. Lugduni, apud Guillelmum Rouillium, 1556. in folio: deinde ibidem, anno 1567. in 4.

Discours sur la Castrametation & discipline militaire des Romains: des Bains & antiques exercices Grecques & Romaines. Lugduni, apud eundem Typographum, 1555. & 1557. in folio.

Los discursos de la Religion, &c. Vide suprà, verbo, Balthasar Perez.

Villelmum hunc Brassicanum vocat alicubi Joannes Thomas Freigius I. C. Altorffinus, nonnullosque in fraudem induxit, qui cum Joanne Alex. Brassicano confuderunt.

Guillelmus Rouillius, Lugdunensis Typographus.

Promptuarium Iconum edidit anno 1553. in 4. in duas partes tributum. Prima complectitur Icones insigniorum à sæculo hominum, subjectis eorum vitis. Secunda à Christonato incipit perpetuam ducens seriem usque ad Henricum II. Francorum Christianissimum Regem. Sed tantum abest, quod notavit Lævinus Hultius, ut Thesaurum antiquitatum Jacobi Strada Mantuani editione sua illustraverit, ut potius additione quamplurimorum nummorum fictitiorum corruerit.

Helisæus Rosleinus.

In Germanica descriptione Alsatia anno 1593. Argentorati edidit expressit plurima Numismata quæ ibidem reperta sunt.

Henricus Thomas Chiffletius, Sequanus.

De Othonibus æreis Dissertatio. Antuerpiæ in 4. ex officina Plantiniana anno 1656. cum Claudii Chiffletii, de quo suprà meminimus, libro postumo de Antiquo Numismate.

Hieronymus Megiserus, Co. P. Casarei Archiducum atque Ordinum Austria Historiographus.

Theatrum Cæsareum Historico-Poëticum, quo omnium & singu-

singulorum Romanorum Imperatorum cum Icones ex antiquis Numismatibus expressæ, tum vitæ describuntur, cum Elogiis ex optimis quibusque Poëtis collectis. Lentius ad Istrum, ex Typographio Joannis Planci, anno 1616. in octavo, & Augustæ Vindelico- rum, 1617. in octavo, apud Joannem Kruger.

Hubertus Goltzius, Herbipolita, Frenonianus, Belgæ, Antiquariorum sua ætatis, ut ferunt, coryphæus.

Icones Imperatorum Romanorum è priscis Numismatibus ad vivum delineatæ & brevi Historica narratione illustratæ. Brugis Flandrorum, anno 1558. in folio. Hispanico idiomate redditas ab Imperatore Julio Cæsare ad Ferdinandum I. & anno 1560. excu- fas cum aliis ejusdem operibus exhibet Bibliotheca nostra. Eadem Gallico, aliisque vernaculis idiomatis prodierunt. Porro insigniter hallucinatur Antiquarius quidam vir doctus, dum *Miniatur* appel- lat, cum ad oculum cuius non cæco pateat, *Luteo*, sive flavo co- lore illitas esse: quo fit ut vulgò Gallicè vocentur, *les Jaunes de Goltzius*.

Idem *Caii Julii Cæsaris* Numismata cum averfis partibus sculpsit, emisitque Brugis anno 1563. in folio, & anno demum 1574. eadem formâ edidit *Octavianii Augusti* Numismata. *Tiberii* verò, quæ extant, post ejus mortem prodierunt.

Idem Fastos Magistratuum & Triumphorum Romanorum ab Urbe condita ad Augusti obitum ex antiquis, tam Numismatum, quàm marmorum monumentis restitutos, S. P. Q. R. dedicavit. Brugis Elandrorum, 1566. in folio, & 1571.

Addidit quoque postea Siciliam & Magnam Græciam, sive Hi- storix Urbium & Populorum Græciæ ex antiquis Numismatibus restitutæ libros quatuor. In eadem Brugensi urbe, 1576. in folio.

Ejusdem Thesaurus rei Antiquariæ uberrimus ex antiquis tam Numismatum quàm marmorum inscriptionibus conquisitus, & in locos communes distributus, prodiit Antuerpiæ, apud Christo- phorum Plantinum, anno 1579. in 4. tum deinde in eadem urbe in folio minori, anno 1618. apud Guillelmum à Tongris operâ ac stu- dio Joannis Bizii.

Omnia verò Huberti Goltzii numismatica opera ad Romanæ & Græcæ Antiquitatis illustrationem spectantia, exceptis Faltis ac Thesauo, edidit Tomis tribus Balthasar Moretus, Antuerpiæ in of-
ficina

ficina Plantiniana, annis 1644. & 1645. in folio, his titulis.

Icones Imperatorum Romanorum ex priscis Numismatibus ad vivum delineatæ & brevi Historica narratione illustratæ per Hubertum Goltzium. Accessit modò Imperatorum Romanorum series ab Alberto II. Augusto ad usq; Ferdinandum III. Augustum per annos CC. continuos deducta stylo & operâ Casperii Gevartii, J. C. Archigrammatei Antuerpiani, & Historiographi Cæsarei, 1645.

C. Julii Cæsaris, Augusti & Tiberii Numismata ab Huberto Goltzio quondam sculpra Ludovici Nonni eommentario illustrata, anno 1644. Prima verò editio jam prodierat ab anno 1620. in eadem Antuerpiensî urbe, apud Hieronymum Verdussium, in folio.

Græciæ, ejusque Insularum & Asię minoris Numismata ab Huberto Goltzio quondam sculpra Ludovici Nonni commentario illustrata, anno 1644. Prima editio prodierat jam ab anno 1620. ibidem eademq; formâ.

Jacobus Bians, Antuerpianus, Chalcographus.

Numismata Imperatorum Romanorum Aurca, Argentea, Ærea, à Caio Julio Cæsare usque ad Valentinianum Augustum. Antuerpiæ, anno 1617. in folio, apud Verdussium & Belleum.

Ejusdem studio atque operâ recusæ sunt sculpra olim ab Huberto Goltzio pleraque Numismata, de quibus mox nobis erit sermo; Thesaurus quoque rei Antiquarię uberrimus, & alia plurima.

La France Metallique contenant les Actions celebres, tant publiques que privées, des Roys & des Reynes, remarquées en leurs Medailles d'or, d'argent, & de bronze, tirées des plus curieux cabinets, par Jaques de Bie Calcographe. Parisiis, apud Joannem Camusat, in folio, anno 1636. Verùm ut id obiter Lectorem meum moneam, omnia hæc propemodum conficta sunt ad libitum, fucumque faciunt minus eruditis.

Les Familles de la France illustrées par les monumens des Medailles anciennes & modernes, &c. ibidem, eodemque anno, atque adeò eadem, hoc est, sublesta, saltem in plerisque, fide, quæ nobis nuper cusa & pro ingenio ac libidine cujusque efformata pro priscis obtrusit, ut norunt apprimè rerum istarum periti, sive Parisienses sive externi.

Les vrais Portraits des Rois de France, tirez des Sceaux, Medailles & autres Effigies, par Jaques de Bic. Seconde edition augmentée de nouveaux portraits & enrichie de leurs Eloges & Vies, par le Père Hilariion de Coste. Minime. Parisiis, 1636. in folio.

Jacobus Francus, Chalcographus Venetus.

Reliqua librorum Æneæ Vici Parmensis ad Imperatoriam Historiam spectantia in lucem edita apud Francum, Venetiis, 1651. in 4.

Secunda pars Augustarum à Plotina ad Saloninam ex schedis ejusdem Æneæ Vici. In eadem Urbe Veneta, apud eundem Francum, in 8.

Jacobus Grefserus, Marockdorsensis Germanus, è Societate Jesu, Theologus eximius.

De Cruce & Numismatis Crucigeris plurima accuratissimo studio collegit, eaque præclara, Tomo III. insignis operis de Cruce, quod tum in 4. non semel, tum in folio, excusum habetur in omnium manibus.

Jacobus Gutherius, è Calvomonte Lingonum, in Senatu Parisiensi Advocatus, Civis ac Patricius Romanus.

De veteri jure Pontificio urbis Romæ libros quatuor, & tres de jure Manium, seu de ritu, more, & legibus præfici funeris, edidit Parisiis, in 4. apud Nicolaum Buon, annis 1612. & 1615. in quibus nonnulla inseruit Numismata figuris æreis expressa.

In tertio verò opere, quod inscribitur, de officiis Domus Augustæ Publicæ & Privatæ libri tres, cap. xix. libri ultimi agit de Procuratoribus Monetæ, quod ad alteram fortè partem Nummariæ hujus Bibliothecæ propiùs quibusdam pertinere videbitur. Parisiis, in 4. anno 1628. apud Sebastianum Cramoisy.

Jacobus Sadoletus, Carpentoratensis Episcopus & postea S. R. E. Cardinalis.

Primus omnium, ut nonnullis placet, Imperatorum Romanorum effigies in lucem dedit, edito Romæ, anno 1517. apud Joannem Mazochium libro, cui titulus est: *Illustrium Imagines*, & Leoni X. Romano Pontifici è familia Medicca oblato. Verum, ut jam monui, sunt qui cum Gesnero, ejusque breviatore Simlero librum illum vendicent Andreæ Fulvio, nisi fortè conjunctis operis in illud opus incubuerint.

Jacobus

*Iacobus Sirmondus, Ricomagensis Arvernus, è Societate Iesu,
Vir in omni Antiquitatis præsertim, Romana,
cognitione mirabilis.*

Ejus curâ ac pervigili studio congestum est quidquid ferè in Parisiensi nostro Numismatum antiquorum *μεινλίω* visitur, ex quo deprompsit pleraque ex iis, quæ publici juris esse voluit, in eruditissimis in Sidonium, Ennodium, aliósq; Auctores commentariis.

Idem paucis ante obitum annis libellum scripsit, cui titulus, *Triplex nummus antiquus, Christi Domini, Perperena civitatis, Hanniballiani Regis.* Parisiis, apud Sebastianum & Gabriëlem Cramoisy, anno 1650. in 8. eundemque duobus aliis libellis, quos *Anti-Triflarios* indigetavit, paulò post vulgatis adversùs oppugnatorem, defendit, emittitque ex eorundem officina anno eodem.

Iacobus Strada, Mantuanus Antiquarius.

Thesaurus Antiquitatum, sive Imperatorum Romanorum Orientalium & Occidentalium Icones ex antiquis Numismatibus delineatæ absque averfis illorum partibus. Lugduni, anno 1551. in 8. Vide præterea quæ in eadem rem differemus infra, verbò, Onubrius Panvinius.

Ejus verò Epitome triennio post ibidem prodiisse dicitur in 4. & Tiguri, 1558. in 8. apud Froschoverum. Ego Gallicanæ quoque editionem vidi hoc titulo. *Epitome du Thresor des Antiquitez: c'est dire, Portraits des vrayes Medailles des Empereurs, tant d'Orient que d'Occident, de l'étude de Jaques Strada, Mantuan Antiquaire, traduit et Jean Louveau d'Orleans. A Lyon par le même Jaques Strada & Thomas Guerin, 1553. in 4.*

Iacobus Zabarellus, Comes.

Gli Arronzi, ò vero de' Marmi antichi, dove con la Vista di Lucio bronzo Stella si da notizia delle antichità, &c. Patavii, 1655. in 4. In o sanè multæ extant marmorum antiquorum imagines. Verùm iccè liber cum Monumentis Brixianis Octavii Rossi, Fastis Calendaribus Sibrandi Siccamæ, Calendario edito post Commentarios P. Ægidij Bucherii in Canonem Paschalem Victorii Aquitani, & similibus, ad Mantissam potiùs pertinere videntur, quàm ad hæc Bibliothecam Nummariam.

Ianus-Iacobus Boissardus, Vesuntinus, Burgundo-Sequannus.

Virorum Illustrium varias Icones in æs incidendas curavit: sed ex antiquis Numismatis vix sunt expressæ, atque ad posteriora pleræque spectant tempora.

Ignatius Braccius, Presbyter Recinetensis.

Phœnicis effigies in Numismatis & gemma quæ in Musæo Gualdino asservantur & parietibus indicata cum ejusdem avis vindictiis. Romæ, typis Vitalis Mascardi, 1637. in 4.

Illustrium Imagines à Jano ad Henricum III. Imperatorem, &c. Vide suprà, verbo, Franciscus Juste.

Ioannes Baptista de Cavalleriis.

Ejus operâ ac studio æneis tabulis incisæ sunt Romanorum Imperatorum effigies, elogiis per *Thomam Treterum* sanctæ Mariz Trans-Tiberinæ Canonicum ex diversis Scriptoribus collectis illustratæ. Romæ, in 8. anno 1583.

Idem omnium Pontificum Romanorum Icones à sancto Petro ad Clementem VIII. collegit ac æneis typis publicavit, additis singulorum, cum ea resciri potuerunt, insignibus, in eadem urbe Romana, anno 1595. in 8. Verum ex vix ad rem nostram pertinere posse videntur, cum ex antiquis Pontificum Numismatibus non fuerint expressæ: quod de Imperatorum Romanorum Iconibus vulgò jaclatur.

Ioannes Baptista Duvallius, Linguarum Orientalium Interpres.

Augustarum Imagines æneis formis expressæ, Vitæ quoque eandem breviter enarratæ: signorum etiam quæ in posteriori parte Numismatum efficta sunt, ratio explicata ab *Ænea Vico Parmensi*, nunc à Joanne Baptista Duvallio restitutæ, Parisiis, 1629. in 4. apud Macæum Ruetre.

Ex libris XXIII. Commentariorum in Vetera Romanorum Imperatorum Numismata *Æneæ Vici Parmensis* liber primus de *Cæio Julio Cæsare*, opus à Joanne Baptista Duvallio restitutum.

Reliqua librorum ejusdem Vici ad Imperatoriam Historiam spectantia olim à *Jacobo Franco* edita, nunc ab eodem Duvallio restituta. Ibidem.

Discorsi di Enea Vico Parmigiano sopra le medaglie de gli Antichi, divisi in due libri, ove si dimostrano notabili errori de' scrittori Antichi e moderni intorno alle Historic Romane, opera restituta da Gio. Battista Duvallio.

Duvallo. Parisiis, in 4. 1619. apud eundem Macæum.

Ioannes Baptista Menestrerius, Divionensis.

Medailles, Monnoyes, & Monuments antiques d'Imperatrices Romaines, dédiées à la Reyne Mère du Roy. Divione, apud Claudium Guyot, 1625. in folio.

Medailles illustres des Anciens Empereurs & Imperatrices de Rome. Divione, apud Petrum Palliot, 1642. in 4.

Ioannes Cuspinianus, Streinfordiensis, Franco, Maximiliani I.

Imperatoris Medicus, Historiographus, Consiliarius

& Orator.

Operi illius de Cæsaribus & Imperatoribus Romanis insertæ leguntur nonnunquam illorum figuræ. Prodiit Argentorati, 1540. apud Cratonem Mylium, Basileæ, 1561. apud Joannem Oporinum unâ cum Vvolfgangi Hungari Annotationibus, & postea Francofurti, in folio, anno 1601. Typis Vvecheliani.

Ioannes Franciscus Andreas, de Vstarroꝝ, Cæsaro-Augustanus.

Vide infra, verbo, Vincentius Joannes de la Stanosa.

Ioannes Faber, Bambergensis, Medicus Romanus.

Vide infra, verbo, Theodorus Gallæus.

Ioannes Hemelarius, Canonicus Cathedralis Ecclesie Antuerpiensis.

Imperatorum Romanorum à Caio Julio Cæsare ad Heraclium usque Numismata aurea excellentissimi Ducis Croyi & Arschotani, &c. magno & sumptuoso studio collecta, nec minore fide acque arte Jacobi de Bie ex archetypis, in æs incisa, brevi & Historico commentario explicuit primum anno 1615. in 4. apud Hieronymum Verdussium: tum altera editione quæ priore correctior affirmatur, anno 1627. in 4. in eadem urbe Antuerpiensi, apud Petrum & Joannem Belleros.

Eadem postea insigni quoque Auctario locupletata, brevique commentario illustrata prodire, Antuerpiæ, apud Henricum Aertzium, anno 1654. in folio.

Ioannes Huttichius.

Imperatorum Romanorum libellum unâ cum imaginibus ad vivum expressis exhibuit primum anno 1525. Argentinx: in qua deinde urbe recusus fuit anno 1534. & 1537. Lugduni deinde anno 1550. & 1554.

*Ioannes-Iacobus Chiffletius, Burgundo-Sequanus, Vefuntinus,
Regius Archiatrorum in Belgio Comes & Archiducalis
Medicus primarius.*

Anno labentis sæculi XVII I. Lugduni apud Claudium Cagne emisit in lucem librum in 4. cui titulum fecit: Vefontio Civitas Imperialis libera, Sequanorum metropolis, plurimis nec vulgaribus sacræ profanæque historiæ monumentis illustrata, & in duas partes distincta.

Ejusdem, Anastasis Childerici Francorum Regis, sive, Thefaurus sepulchralis Tornaci Nerviorum effossus & commentario illustratus prodit Antuerpiæ, ex officina Plantiniana Balthazaris Moreti, anno 1655. in 4. Utrique operi multas inseruit Numismatum antiquorum descriptiones, multaque alia ad Romanas antiquitates spectantia.

Ioannes-Iacobus Luckius, Argentoratensis.

Ad alteram potius quàm ad hanc primam Bibliothecæ Nummaricæ partem, imò ad neutram fortè meliùs, spectare videtur Sylloge Numismatum elegantiorum, quæ diversi Imperatores, Reges, Principes, Comites, Respublicæ, diversas ob causas ab anno 1501. ad annum usque 1600. cudî fecerunt, Historica narratione illustrata. Argentinæ, anno 1620. in folio, typis Reppianis. Nos enim vero hic prisca dumtaxat Numismata venamur atque inquisitionis, non hoc aut superiori demum sæculo fabricata.

Ioannes Lupanus, Aurelianensis.

Vide suprâ, verbo, Jacobus Strada.

Ioannes Macarius, Canonicus Arienfis.

Vide verbo, Ioannes Chiffletius in Mantissa rei Antiquaricæ.

Ioannes Quinonius, Hispanus.

Explicacion de unas monedas de oro de Emperadores Romanos, que se han hallado en el Puerto de Guadarrama, donde se refieren las vidas dellas y el origen dellas, con algunas advertencias politicas, y otras cosas antiquas y curiosas. Lo uno y lo otro ofrece al Rey Don Felipe Tercero, el Doctor Iuan de Quinones, Alcalde Mayor en la villa de Escorial, y Iuez de sus obras y bosques Reales de S. Lorenzo. Madriti, anno 1610. apud Ludovicum Sanchez, in 4.

Ioannes

Ioannes Sambucus, Tyrnaviensis, Pannonius, Historicus & Medicus Cæsareus.

In fine Emblematum Antwerpæ apud Christophorum Plantinum, anno 1576. in 16. editione quarta (quæ mihi modò est præ manibus) & fortè etiam alibi ac pluries excusorum, extant studio ejus collecti aliquot antiqui operis nummi à pag. 290. 334. sunt & aliæ editiones in 8. apud eundem Plantinum, quas modò non persequor.

Ioannes Smith, sive Smetius à Kettenis, Calvinianus Neomagensium, Minister, Antiquarius, Philosophus, &c.

Thesaurus Antiquarius Smetianus, seu Notitia elegantissimæ suppellectilis Romanæ & rarissimæ Pinacothecæ plurimo labore 33. annorum curriculo in veteri Batavorum oppido, seu Noviomagii ad Vachalim collectæ, prodit anno 1658. Amstelodami, apud Reynerum Smetium. J.P. in duodecimo, cum Numismatum ipsorum serie seu Pinace.

Ioannes Speeld, Londinensis Civis.

*Traité & avis sur le désordre des Monnoyes & diversité des moyens
d'y remédier, par M. L. B. Parisiis, anno 1600. in 4.*

*Avertissement au Roy & à Nos Seigneurs de son Conseil & de ses
Etats, pour remédier aux désordres & confusions qui s'exercent à pré-
sent sur le fait des Monnoyes ayant cours en ce Royaume selon leur va-
leur & bonté intérieure en poids & aloy, avec l'évaluation des poids &
trebuchets, par M. L. B. en suite de sa remontrance sur ce sujet. Pari-
siis, anno 1615.*

Calius Secundus Curio.

De Mensuris Romanorum Tractatus extrat à Joanne Hervagio
excusus cum Tito Livio. Basileæ, anno 1549.

Caius Plinius Secundus.

Libro XXXIII. Historiæ suæ naturalis de Metallis, auro,
argento, ære, ac monetis multa habet: de ponderibus verò ac
mensuris libri XXI. capite postremo.

Carolus Molinæus, Parisinus, I. C.

Tractatus de mutatione Monetarum in XI. quæstiones dige-
stus legitur à pag. 475. Budeliani Systematis descriptus ex colle-

ctione Matthæi Boyssii, qui rectè advertit Tractatum illum nihil esse aliud quàm extrema XI. capita à XC. ad C. libri Commerciorum & Usurarum redituùmque pecunia constitutorum & Monetarum, qui scorsim anno 1555. in 4. Parisiis & alibi atque unà cum cæteris ejus operibus excusus fuit. Gallicè quoque Parisiis prodit, anno 1556. *Sommaire du Livre Analytique des Contrats, Usures, Rentes, Constitutions, Intérêts, & Monnoyes, par M. Charles du Molin.*

Christophorus Besoldus.

Inter cæteros ejus Tractatus Politico-Juridicos non omisit de Nummis ac re Monetaria in unum plurima pro more congerere.

Claudius Galenus, Pergamenus Medicus.

Ejus nomine insignitus circumfertur brevis Tractatus de Ponderibus & Mensuris sæpe recusus, tum unà cum omnibus ejus operibus, tum scorsim, interpretibus Andrea Alciato, Michaële Neandro, aliisque.

Non esse Galeni, qui sub Severo Imperatore anno Christianæ epochæ ducentesimo, ut aliàs in ejus Chronologico Elogio evicimus, diem obiit extremum, integrum saltem tractatum illum, ut modò legitur docet vel ipsa mentio Osibasii in libro quem *Αδαμάντιος* scripsisse perhibetur.

Videndus porro ejusdem Galeni Tractatus de compositione Medicamentorum per genera, ubi Andromachum, Heram, Heraclidem, aliósq; veteres in pluribus redarguit.

Le Calcul ou Tariffe sur le débordement des Monnoyes, tant d'or que d'argent, venu au pays de Provence, aux années 1590. 1591. 1592. & 1593. avec la réduction de chacune espèce de la susdite Monnoye durant ledit tems, par Claude Boisssilly. A Aix, par Jean Tolosan, 1600. in 8. avec un Arrêt de la Chambre des Comptes de Provence.

Claudius Salmasianus, Divionensis.

In notis ad Historiæ Augustæ Scriptores, ad Tertuliani pallium, ad Solinum, in Confutationibus, in libris de Usuris, Mutuo, Fœnore, ac similibus sæpe veterum Græcorum Romanorúmque Rem Nummariam attigit, sed non semper *ἀπόχρησις*, ut docent tum Kercoetiani Mastigophori tres valentissimi, tum nuperæ eruditorum Virorum observationes, quas consulat curiosus Lector.

Prodit nuper Lugduni-Batavorum cum aliis Salmasianis edita
Epistola

Epistola ad Joannem Vvalæum ordine 67. in qua de Ponderibus & Mensuris Hebræorum breviter edisserit.

Cleopatra, Egypti Regina, ut vulgò creditur, vel quemadmodum mutato sexu scribere solet Iosephus Scaliger, Cleopatras quissiam.

Libellus de Ponderibus & Mensuris accuratissimè scriptus atque ex ejusdem Reginæ sive Scriptoris Cosmeticis, hoc est compositis de munditie & ornatu libris, expressus extat cum seorsim tum unà cum Galeni tractatu de Ponderibus in collectione omnium ejus operum, ex versione Andreæ Alciati, Michaëlis Neandri, &c.

Conradus Gesnerus, Tigurinus, Medicus.

Mensuræ apud veteres Græcos & Latinos Scriptores usitatæ liquidorum & aridorum ita dispositæ, ut quæ sunt majoris ponderis semper præcedant: sic enim veteribus facilius nostræ atque aliarum gentium mensuræ conferuntur. Tiguri, apud Froschoverum, anno 1584. in 8. cum Dominici Massarii de Ponderibus & Mensuris Medicinalibus, libris tribus, ab innumetabilibus mendis ejus operâ expurgatis.

Constant de Silvecane, Præses Curia Monetalis.

Extrait des Ordonnances Royaux, concernant l'établissement & jurisdiction des Commissaires de la Cour des Monnoyes, recueilly par M. Constant de Silvecane, Président en la Cour des Monnoyes. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1652.

Constantinus Monachus, natione Afer, Ordinis Benedictini Congregationis Casinensis.

De Ponderibus Medicinalibus librum peculiarem scripsisse dicitur à Gaspare Vvolphio post Simlerum in Epitome Gesnetianæ Bibliothecæ. Vide ejus opera Basileæ excusa, anno 1536. apud Henricum Petri.

Cuthbertus Tonstallus, Dunelmensis in Anglia Episcopus.

Guillelmi Budæi libros de Assè & partibus ejus in Epitomen redegit dicitur. Libros certè ejus quatuor de Arte supputandi habemus excusos. Lutetiæ, apud Robertum Stephanum, anno 1529.

Cyriacus Schreiman.

Proba, hoc est de Ponderibus & libris omnium Metallorum Germanico idiomate, unà cum subtilitatibus quibusdam ad Alchymiam

chymiam & artem Metallicam facientibus. Francofurti ad Mœnum, in 4. anno 1578.

Cyriacus Spengenberg.

Tractatus ab eo scriptus Germanicè de bono & malo usu Monetarum editus fuit Francofurti, in folio, anno 1592. cum Memoriali Monetarum Tilemandi, ubi agitur de earum materia, forma, valore, &c.

Daniel Angelocrator.

Doctrina de Ponderibus, mensuris, & monetis per orbem omnem usitatis, ex probatissimis quibusque Scriptoribus conquisita, examinata, ac in aphorismos & tabellas redacta. Francofurti, in 4. apud Godefridum Tampachium, anno 1617.

Idem secundam editionem auctiorem atque emendatiorem, anno 1628. dedicavit Amstelodamensis Civitatis Senatui.

Demetrius Alabaldus.

Quædam de Minutiis: item de Ponderibus & mensuris edidit impressa Venetiis à Joanne Tacuino, anno 1525. in 4. cum Valerio Probo, Petro Diacono, & aliis quibusdam. Extant quoque in Collectione Auctorum Linguae Latinae in unum corpus redactorum à Dionysio Gothofredo, apud Geneveses & alibi, in 4. editorum.

*Didacus Covarruvias, à Leyva, Toletanus, I. V. D. eximius,
& Episcopus Segobiensis supremique Hispaniarum
Senatus Praeses.*

Collatio veterum Numismatum cum his quæ modò exponuntur publica & regia auctoritate percussa, extrat tum in Collectione omnium ejus operum Lugdunensi, 1568. Veneta, 1571. Lugdunensi alia, 1594. ex Officina Juntarum qua ego usus sum, & aliis, tum in Budelliana Sylloge, pag. 578. tum etiam seorsim. Francofurti, anno 1571. & antea Salmanticae in Hispania, apud Andream à Portonariis.

Ne verò quis erret, monendi sunt Lectores, Tomo XII. Tractatum juris, folio 220. & apud Matthæum Boyssium excusa fuisse tantum postrema duo capita VII. & VIII. cæteris omisis.

Dinus de Garbo, Florentinus, Medicus.

Tractatus de Ponderibus & mensuris cum ejusdem Chirurgia aliisque opusculis. Ferrariae, apud Andream Gallicum, anno 1485. in folio, & Venetiis, 1536. apud Lucam Antonium Juntam, in folio.

Diodorus,

Diodorus, antiquus Scriptor.

De Ponderibus & Mensuris brevis tractatus extat post Hippiatrica, seu duos de re Venerinaria libros à Joanne Ruellio Sueffionensi Medico Latinitate donatos editosque Parisiis.

Non apparet tamen in Græca Hippiatricorum collectione, nec in Manuscripto nostro codice optima notæ eoque antiquissimo, in quo extant quædam similia iis quæ Galeno tribuuntur, quædam etiam ab iis omnino diversa.

Conradus Gesnerus testatur Græcè scriptum in Italia asservari, ejusdemque videtur meminisse Georgius Agricola in Præfatione in librum de Ponderibus & mensuris.

Dionysius Godefridus, Procurator Regius in Curia Monetali.

Avis présentée à la Reyne pour reduire les Monnoyes à leur juste prix & valeur, empêcher le surhaussement & empirance d'icelles, par Denis Godefroy, Procureur Général en la Cour des Monnoyes. Parisiis, apud Petrum Chevalier, 1611. in 8.

Dionysius Petavius, Aurelianensis, à Societate Jesu.

S. Epiphaniï librum de Ponderibus & mensuris Latinè vertit & doctissimis animadversionibus illustravit, quibus subjecit diatribam de Folle, de Miliarensi ac Nummorum minutis. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy & alios, 1622. in folio.

Dioscorides, Anazarbens, Medicus.

In Tractatu de Ponderibus qui Galeno tribui solet post Cleopatraz & Hippiatricorum mensuras extat Dioscoridis fragmentum ex majori opere *Ἐὰ μέτρον καὶ σταθμῶν καὶ Ἐὰ μέτρον ὑγρῶν*. Parsim quoque in operibus quæ præ manibus omnium habentur nonnulla admiscet ad hoc argumentum spectantia, nec omittendæ eruditissimi illorum interpretes & Scholiastæ.

Dominicus Massarius, Arcignanens, Vicentinus.

De Ponderibus & mensuris Medicinalibus libri tres ex Græcis, Arabicis & Latinis rei Medicæ Scriptoribus diligentissimè conscripti. Papiz, apud Bernardinum de Garaldis, anno 1516. in folio, um Anglo Benedicto, &c. Tiguri verò anno 1584. in 8. apud Froshoverum, cum Conradi Gesneri de eadem re libello & aliis studio Gasparis Wolphii Tigurini in lucem editis.

Eduardus

*Eduardus Brerewood, Anglus, Astronomia Professor Londini
in Collegio Gressamensi.*

De Ponderibus & pretiis veterum Nummorum, eorumque cum recentioribus collatione liber unus. Londini, apud Joannem Billium, in 4. anno 1614.

Idem tractatus nuper recensit prodit in Apparatu ad Biblia Polyglotta Bryani Waltoni, cum Jacobi Tirini de eodem argumento ex variis auctoribus collectione.

*Elbertus Leoninus, primarius Iuris Professor in Academia Lovaniensi, & Cancellarius Ducatus Geldria & Civitatis
Zusphania.*

Consilium ejus in materia Monetarum ordine XXXI. Extat cum quibusdam aliis pag. 724. Budelianæ collectionis.

Elias Vinetus, Sauto.

In Quintum Rhemium, Fannium, Priscianum, Bedam atque Volusium notas & emendationes edidit cum seorsim vulgatas Parisiis, in 8. anno 1565. apud Sebastianum Nivellium, tum ad calcem libri de re Nummaria à Francisco Hotamanno excusas.

Ipsius quoque Guillelmi Budæi libros V. de Assè & partibus ejus in compendium redegit.

S. Epiphanius, Constantia Cypri Episcopus.

Librum edidit de ponderibus & mensuris à Jano Cornario primùm, tum à R. P. Dionysio Pctavio S. I. Latinitate donatum. Extat Tomo II. operum Epiphani editionis Parisiensis, anno 1622. in folio, apud Sebastianum Cramoisy & alios: nam Basileensem, apud Robertum Winter, aliàsque nunc omitto.

Erycius Putcanus.

Pecuniæ Romanæ ratio ad nostram facillimo calculo revocata. Lovanii ex officina Riviana, in 12. anno 1620. Antuerpiæ, apud Belleros, & Coloniz, apud Conradum Burgenium, atque in eadem urbe Antuerpiensi, anno 1628. ad calcem opusculi Claudii Chiffletii de Numismate antiquo, in 8.

Ejusdem Erycii Putcani de stipendio militari apud Romanos Syntagma, quo modus ejus hætenus ignoratus constituitur. Lovanii ex eadem officina Riviana, 1620. in 12.

Franciscus Arctius, I. C.

Duo ejus in materia Monetarum Consilia, XI. videlicet & CXII.

CXII. Budellius edidit cum aliis pag. 679. & sequentibus suæ Collectionis.

Franciscus de Avila.

Tractatus de Monetis, anno 1590.

Franciscus Balbus, Advocatus Regis in Curia Monetali.

Raisons de l'Edit & Reglement des Monnoyes du mois de Novembre 1614. par François le Begue, Conseiller & Advocat Général de sa Majesté en la Cour des Monnoyes. Parisiis; apud Viduam Nicolai Roffert, anno 1615. in 8.

Traité & avis sur les désordres des Monnoyes & diversifié des moyens d'y remédier. Parisiis, anno 1600. in 8.

Franciscus Bonafides, Medicus.

Commentarium de Ponderibus minoribus & grano scripsisse dicitur Tomo I. suorum operum quæ Josias Simlerus in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome commemorat quidem, sed nescire se fatetur num divulgata sint. Certè Joannes Antonides Vanderlinden in Catalogo de Scriptis Medicis etiam tertium recuso de eo ne verbum quidem.

Franciscus Brocas, I. V. D. & Professor in Academia Bituricensi.

Orationem habuit in Auditorio Juris, maxima omnium ordinum frequentia publicè deinde juris fecit hoc titulo: Parallela legis & Nummi: quibus triplex Juris species, Naturalis, Gentium, & Civilis, Philologicè exponitur. Parisiis, apud Mathurinum du Puy, anno 1633. in 8.

Franciscus Curtius, Senior, Papiensis, I. V. D.

Tractatus Monetarum extat Tomo XII. collectionis amplissimæ Tractatuum utriusque juris in folio 205. unde in Boyssianam pagina 60. & in Budellianam pagina 455^r Monetarias collectiones derivatus est: videnda quoque operum ejusdem Jurisconsulti Venetæ editiones.

Prodiit quoque Francofurti, apud Nicolaum Steinium, anno 1610. in 8. Tractatus, ut dicitur, prope divinus de jure filci & de Numismatibus.

Franciscus Garralvus, de Gorgiis, Generalis Præfectus Curia Monetali, tum Francia Thesaurarius, &c.

Les Recherches des Monnoyes, poids & manière de nombrer des premières & plus renommées Nations du Monde réduites aux Monnoyes,

noyes, poids & manière de nombrer des François, divisées en trois Livres, par François Garrault, Sieur de Gorges, &c. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1576. in 8.

Memoires & Recueil des nombres, poids, & mesures, & Monnoyes anciennes & modernes des Nations plus renommées, rapport & conferrence des unes aux autres avec une réduction aux Royales de la France, qui sont en usage en la ville de Paris. Lutetia Parisiorum, apud Jametum Mettayer, 1595. in 8.

Recueil des principaux avis donnez en l'Assemblée de Saint Germain des Prez, sur le contenu des mémoires presentez à sa Majesté étant à Poitiers, portant l'établissement du compte par écus & suppression de celui par sols & livres, avec les Paradoxes, sur le fait des Monnoyes, par François Garrault Seigneur des Gorges, Conseiller du Roy, & Général en la Cour des Monnoyes. Parisiis, apud Jacobum du Puys, anno 1578. in 8. scorsim, itemque cum libello Joannis Bodini.

Sommaire des Edits & Ordonnances Royaux, concernant la Cour des Monnoyes & Officiers particuliers d'icelles, ensemble les Changeurs, Orfevres, & autres répondans & justiciables de ladite Cour. Turonibus, apud Jametum Mettayer, 1590. in 8. & iterum Parisiis, 1612. in 8. & 1632. apud Jacobum Bessin, in 8.

Des Aînes d'argent trouvées en France, Ouvrage & Police d'icelles, par François Garrault Sieur des Gorges, &c. Parisiis, 1579. in 8.

Franciscus Grimaldus, Regius in Præfidiâ Andegavorum Curia Advocatus.

Des Monnoyes, augment & diminution du prix d'icelles, livre unique, par François Grimandet, Avocat du Roy au Siège Præfidiâ d'Angers. Parisiis, apud Martinum Juvenem, anno 1576. in 8. Itidem apud Hieronymum Marneffium & viduam Guillelmi Cavellat, anno 1585. in 8.

Paraphrase des droits des usures & contrats pignoratifs. Parisiis, 1587. in 8.

Item les Opuscules Politiques du même. In eadem Parisiensi urbe, anno 1580. in 8.

Franciscus Hotomannus, Parisinus I. C.

Liber de re Nummaria Populi Romani, ejusdemque disputatio de Aureo Justiniano adversus observationem quamdam Jacobi Cuiacii libro XIX. de Justiniana Aurei observatione, cum Volu-

ſi Metiani, Rhemmii Fannii; & Prifciani Cæſarienſis opufculis de Aſſe, Ponderibus & Menſuris, ac Budæi & Agricolaë breviario de Aſſe. Genevæ, apud Guillelmum Læmarium, anno 1585. in 8.

Eadem verò diſputatio jam ab anno præcedenti fuerat excuſa Baſilæ, in 8. per Euſebium Epifcopium.

Gabriël Byel, Spirenſis, S.T.L. & in Schola Tubingenſi Lector ordinarius, Ordinis Clericorum in communi viventium.

De Monetarum poteſtate ſimul & utilitate libellus aureus Au-
tore doctiſſimo Viro Gabriële Byel cum libellis Joannis Aquilæ,
Bilibaldi Pirkheimeri, & aliorum, editus eſt primùm (ut quidem
arbitror, ſaltem priorem hætenus editionem non novi) Norim-
bergæ, apud Joannem Petreium, anno 1542. in 4. Deinde initio
Collectionis Monetariæ, Matthæi Boyſſii. Colonia Agrippinæ,
anno 1574. in 8. Cùmque omiſſus fuiſſet, neſcio quam ob cauſam
à Budelio, & ratò incurreret, recuſus deinde eſt cum libris duo-
bus de re Monetaria Marquardi Freheri & Nicolai Orefmii tra-
ctatu de mutationibus Monetarum, anno 1605. in 4. Lubduni (ſic
enim ſcribitur neſcio quis in Germania locus, ne quis paulò quàm
par ſit argutior erratum hic aliquod typographicum ſuſpicetur)
apud Gothardum Vægelinum.

Gaspar Antonius Theſaurus, ſeu Teſſaurus, Senator Pedemontanus.

De mutatione ac falſitate Monetæ, ſive, de augmento, variatio-
ne ac diminutione Monetarum Tractatus varii ex Bibliotheca Gaſ-
paris Antonii Theſauri, Auguſtæ Taurinorum, anno 1609. & anno
ſequenti 1610. in 4. Francofurti, apud Jacobum Fiſcherum. Deni-
que Genevæ, apud Samuelem De Tournes, 1672. in folio.

Gaspar Scioppius, Francus, vir deſultoria levitatis.

Sub Paſchaſii Groſſippi larva deliteſcens occurret tibi, Lector,
paulò poſt iãſrà, verbo, Joannes Fredericus Gronovius.

Gaspar Scaruffus, Regiano, ſc.

*L'Alitinonſo di M. Gaſparo Scaruffi, Regiano, par ſare Ragione e con-
cordanza d'oro e d'argento, che ſervira in univerſale tanto per prove-
dere a gli infiniti abuſi del toſare e guſtare monete, quanto per regola-
re ogni ſorte di pagamenti, e ridurre anco tutto il mondo ad una ſola mo-
neta.* Regii in Æmil'ia, apud Hercolianum Bartolum, 1582. in folio.

In eadem quoque urbe eodẽmque anno prodiit: *Brevẽ inſtrume-*

ntione

tione sopra il discorso dal mag. M. Gasparo Scaruffi per regolare le cose delli denari.

Gaspar VVaserus , Tigurinus.

De antiquis Nummis Hebræorum, Chaldæorum & Syrorum, quorum sacra Biblia & Rabbinorum Scripta meminerunt , libri duo: quibus cum sacri tum profani Auctores locis innumerabilibus illustrantur , additis figuris ære expressis. Tiguri in officina Wolphiana, 1605. in 4.

De antiquis Mensuris Hebræorum, quarum sacra Biblia meminerunt , libri tres; quibus intersperse sunt Mensuræ Ægyptiorum, Arabum, Syrorum, Persarum, Græcorum & Romanorum , quæ cum ipsæ per se explicantur, tum per has Hebræicæ. Heidelberg, apud Gothardum Voegelinum, 1610. in 4.

Gaspar VVolphius , Tigurinus.

Tabula generalis diversorum Ponderum ac totius secundi libri Dominici Massarii, Vicentini, de Ponderibus quasi quoddam compendium deducens semper majora in minora, & ostendens quoties minor in majore contineatur , unâ cum ejusdem Abaco five Tabula Ponderum & mensurarum atque Alphabetica enumeratione Virorum illustrium ex Bibliotheca Josiæ Simleri collectorum, qui de Ponderum & mensurarum doctrina vel integros libros aut tractatus scripserunt, vel saltem obiter aut summarie in suis scriptis hanc materiam attigerunt. Tiguri, apud Froshoverum, 1584. in 8. cum Dominici Massarii de eodem argumento libris tribus & Josiæ ejusdem Simleri atque Conradi Gesneri quibusdam Appendicibus.

Georgius Agricola, Kempnicensis, Medicus ac Philosophus insignis.

Libri quinque de Mensuris ac Ponderibus, in quibus pleraque à Guillelmo Budæo & Leonardo Portio parùm animadversa diligenter excutiuntur. Parisiis, apud Christianum Wechelum, in 8. anno 1533.

De Mensuris & Ponderibus Romanorum atque Græcorum libri V. De externis mensuris ac Ponderibus libri II. Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo disputavit de Ponderibus & Mensuris brevis defensio liber I. De mensuris, quibus intervalla metimur liber I. De restituendis Ponderibus atque Mensuris liber I. De pretio metallorum & monetis, pondere, temperatura, &c. libri tres;

tres, Basileæ, apud Hieronymum Frobenium, 1550. in folio.

Omitto ejusdem Georgii Agricolæ libros de subterraneis Fossilibus & omni re Metallica cum observationibus Georgii Fabricii, &c. ut moneam Lectores meos quæ mei sunt instituti, ex ejus nimirum operibus de Ponderibus & Mensuris libellum fuisse collectum, & Gallica Lingua scriptum Gallicæ Plinii versioni præmissum fuisse in editionibus Lugdunensibus & Parisiensibus, interprete Antonio Pineto, de quo diximus.

Georgius Cassander, Brugensis, Flander.

Supputatio rei Nummariæ Romanorum ac Græcorum ad Monetam Flandricam: Gandavi, in 8. editum libellum illum asserit Valerius Andreas Desselius in Bibliotheca sua Belgica, sed annum non adscribit, nisi fortè junctus fuerit sententiis selectioribus ex Plautinis Comædiis collectis, quas ibidem ait editas fuisse eadem forma, anno 1536. Typis Jodoci Lamberti.

In editione Parisiensi quæ dicitur omnium operum Cassandri, apud Abrahamum Pacard, in folio 1616. nec supputatio illa rei Nummariæ nec sententiæ illæ Plautinæ apparent.

Georgius Henischius, Bardfeldensis, Medicus & Mathematicus Augustanus.

De Assè & partibus ejus. Augustæ Vindelicorum, apud Sebastianum Mylium, Typis Davidis Franci, anno 1606. in 8. Anno præcedenti eadem forma: De numeratione multiplici vetere & recenti in eadem urbe.

Germanus Constant, Iudex Monetæ Tolosæ.

Traité de la Cour des Monnoyes & de l'étendue de sa Jurisdiction, divisé en cinq parties. I. Des premiers Généraux Maitres des Monnoyes. II. De leur erection en Chambre des Monnoyes. III. De sa création en Chambre Souveraine. IV. Des Généraux Provinciaux & subsidiaires. V. Des Juges Gardes des Monnoyes. Le tout justifié par Chartres, Edits, Ordonnances & Declarations de Nos Rois, & Arrêts de leur Conseil, & rédigé en ordre Chronologique. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisi, anno 1658. in folio.

Guido, seu, Vidus Pancirollus, I. C.

Vide cap. 66. lib. I. Thesauri variarum ejus lectionum.

Guillelmus seu VVilhelmus Antonii Grewndberg.

Vide infra, verbo, Joannes Kitzelius.

*Guillelmus Budæus, Parisinus, Francisci I. Francorum Regis
à Secretis & Consiliis.*

De Assè & partibus ejus libri V. Parisiis, in folio, annis 1516. & 1524. apud Jodocum Ascensium, Venetiis in officina Aldi, 1522. Coloniae, apud Soterem, 1528. in 8. adjecto etiam Breviario per eundem Budæum scripto, Lugduni, in 8. anno 1542. Denique Parisiis ab auctore novissimè recogniti & locupletati, in folio, apud Robertum Stephanum, & Lugduni item apud Gryphium, 1550. in 8.

Eidem quoque tribuitur libellus de Moneta Græca ad Gallicam pecuniam æstimata.

Plures Epitomen librorum illorum scripserunt, inter quos præcipui numerantur, Cuthbertus Tonstallus, Elias Vinetus, Stanislaus Grepfius, &c.

Extat quoque lingua vernacula editus anno 1529. Parisiis libellus hoc titulo: *Sommaire ou Epitome du livre de Assè, par M. Guillaume Budé.*

Guillelmus Philander, Castilionensis.

Epitome de Ponderibus & Mensuris Romanorum ex libris Georgii Agricolæ. Extat post tractatum Francisci Hotomanni de re Nummaria, & post Vitruvii libros de Architectura doctissimis ejusdem Philandri annotationibus illustratos, Romæ, Lugduni, Antinæ, Parisiis, & alibi sæpius excusos.

Guillelmus Rondeletius, Monspelienfis Medicus.

De Pondetibus sive justa quantitate & proportione Medicamentorum liber, Paravii, Lugduni, Antuerpiæ, atque alibi editus cum aliorum libellis de Dosibus qui sanè ad institutum Bibliothecæ nostræ Nummaria nihil aut parum admodum conferre videntur, ideóque prætermitti, ac Medicis ac Pharmacopolis relictæ.

Hadrianus Junius, Hornanus, Medicus.

Juniores consulant caput unum alterumve Nomenclatoris ejus, anno 1567. ac deinceps multis in officinis Urbibusque recusi.

Henningus Gæden, Hævelbergensis, I. C.

Consilium ejus LXXVII. quod ad Monetarium negotium spectat, edidit Budæus pag. 792. suæ Collectionis.

Henningus Rennimannus, I. V. D. & Professor Erphurdienfis.

Decisio controversiæ Monetariæ circa bonitatis in Moneta extrinsecæ

trinfecæ sive valoris vulgò recepti incrementum & decrementum, cujus id creditoris an debitoris, luero vel damno veniat. Erfurti, apud Martinum Spangenberg, anno 1610.

Henricus Bocerus, I. C. & Professor Londinensis.

De Ponderibus & pretiis veterum Nummorum eorumque cum veteribus collatione liber unus, sive Tractatus de jure Monetarum, cui adjecta est ejusdem controversarum Conclusionum Centuria. Francofurti, apud Bernerum, anno 1614. & Tubingæ eodem anno.

Henricus Buntingus, Grunoensis, Prædicans in Ducatu Brunsvvicensi.

De Monetis & Mensuris Sacræ Scripturæ libellus Germanica Lingua editus Magdeburgi, in 8. anno 1583.

Henricus Howvedde, Særia in Anglia Comes.

De Ponderibus & Mensuris libros duos confecisse perhibetur à quibusdam. Verùm Simlerus ex Joanne Balzo eorum non meminit, docetque decollatum Londini, 1547.

Henricus Hornmannus.

Disputatio Monetarum in discussione contentionum crediti & solutionis hoc tempore inter Mercatores & alios qui in foro versantur, valde utilis, per interrogationem & responsionem. Vide pag. 361. Collectionis Boyssianæ, & 667. Budelianæ.

Henricus Lorittus, Glareanus à patria Glarona Helvetiorum urbe vulgò sic dictus.

De Assè & partibus ejus liber. Basileæ, anno 1550. apud Isingcinius, in folio.

Videndi quoque ejusdem Commentarii in Casu Suetonii Tranquilli Claudium & Galbam Imperatores.

Henricus Mameranus, Luxemburgensis, I. C.

Prisecæ Monetæ ad hujus nostri temporis diversas aliquot nationum Monetas supputatio collecta anno 1550. & sequenti anno Colonix Ubiorum edita apud ipsum Auctorem extat pag. 661. Budeliani Syntagmatis.

Henricus Poulain, in Curia Monetali Senator Regius.

Traité des Monnoyes pour un Conseiller d'Etat. Parisiis, 1621. in 4. cum responsione ad librum Dionysii Godefridi.

Quæ verò sequuntur in manuscriptis duntaxat codicibus leguntur, ut audio,

I. Confè-

I. *Conference des Monnoyes de France, d'Espagne, & d'Angleterre.*

II. *Autre Conference des Monnoyes de France à celles d'Espagne & réduction de 24. sortes de poids de plusieurs Royaumes, Principautés & Seigneuries differents de celuy de Paris.*

III. *Le prix du marc d'Or & d'Argent, depuis l'année 1300. jusques en 1614.*

IV. *De quatre espèces de surhaussement: & comment ils aviennent: de quel genre est celuy d'à present, & de la nécessité & utilité qu'il y a d'envoyer en Espagne auparavant le Règlement général des Monnoyes de France, prescité à Monseigneur le Chancelier, le 7. Février 1615.*

Henricus Vranius, Resensis in Clivia.

De re Nummaria, Mensuris ac Ponderibus Epitome ex Budzo, Portio, Alciato, & Agricola concinnata. Colonia, anno 1569. in 8.

Heron, Alexandrinus, Mathematicus.

Josephus Scaliger in opusculo postumo de re Nummaria, aliique post eum citant Heronis de Ponderibus seu de re Nummaria librum nondum, quod sciam, typis editum.

Iidem quoque plurimi faciunt fragmentum quoddam ejusdem Heronis à Joachino Camerario Papebergeni Medico ex codice Budensis Bibliothecæ depromptum.

Hieronimus Cardanus, Mediolanensis, Medicus & Philosophus.

Opus novum de Proportionibus Numerorum, Motuum, Ponderum, Sonorum, aliarumque rerum mensurandarum in libros V. digestum: De Regulis Algebraicis, &c. Basileæ, 1570. in folio.

Adi quoque, si vacat, nuperam Lugdunensem editionem omnium ejusdem Scriptoris operum in folio decem Tomis.

Hieronimus à Touar.

De Ponderibus Medicamentorum liber. Hispali in Bætica ex Officina Antoniana, anno 1572. in 4.

Jacobus Alemannus, I. C. & Scabinus Magdeburgensis.

Tractatus de jure, valore, mutatione, reprobatione, solutione & variis Monetæ speciebus. Item pœnis falsorum Monetariorum, &c.

Jacobus Bornitius, I. V. D.

De Nummis in Republica percutiendis & conservandis libri duo ex ejus Systemate Politico deprompti. Hanovix, Typis Wechelianis, 1608. in 8.

Ejusdem

Ejusdem *Ærarium*, sive *Tractatus de Ærario sacro, civili, militari communi & sacratori*. Francofurti, anno 1612. in 4.

Jacobus le Clerc, Iudex Gardiator, ut vocant, Moneta Pictaviensis.

Recueil d'ancuns Edits, Déclarations, Lettres patentes & Arrêts du Conseil d'Etat & Privé de Nos Roys, touchant la Souveraineté & Jurisdiction privative & cumulative de la Cour des Monnoyes, Juges, Gardes, Officiers & Justiciables d'icelle. Parisiis, anno 1615. in 4.

Jacobus Capellus, Minister Calviniana secta & Professor Sedanensis.

De Ponderibus, Nummis & Mensuris libri quinque. Francofurti, annis 1605. & 1606. in 4. duobus Tomis apud Lævinum Hulsum, cum Miscellaneis ad rem Nummariam & Ponderariam pertinentibus.

Jacobus Menochius, I. C.

Duo ejus consilia ad rem Nummariam seu Monetariam spectantia libri I. 48. & libri II. 138. edidit Budelius pag. 702. suæ Collectionis.

Jacobus de Puteo, I. C.

Disputatio in materia Monetaria mutationis, quæ teste Simlero habetur in tractatu Alberti Bruni. de augmento & diminutione Monetarum, de quo supra.

Jacobus Sylvius, Ambianensis, Medicus.

Commentarios scripsit in epistolas Angeli Politiani ac nominatim in ep. 1. libri X. ad Franciottum Ursinum, in qua nonnulla ab Angelo de Ponderibus & Mensuris annotata correxit. Parisiis, in folio, anno 1519. apud Jacobum Ascensium Badium.

Idem libro III. Methodi componendorum Medicamentorum tractat de Ponderibus & Mensuris, quæ in usu sunt apud Galenum & recentiores Medicos: & in principio Annotationum in Mesuræ Antidotarium quædam præfixit de Mensuris & Ponderibus Mesuræ consuetis.

Jacobus Tirinus, Antuerpianus, Societatis Iesu Theologus.

In Prolegomenis ad eruditissima Commentaria in Sacram Scripturam agit inter cætera I. De Antiquis Hebræorum, Græcorum, Romanorum, Ponderibus ac Monetis collatis cum modernis Italicorum, Gallorum, Hispanorum, Belgarum, &c. II. De Mensuris seu vasis eorundem. III. De Mensuris longitudinum,

P p p

&c. An-

&c. Antuerpiæ, anno 1632. in folio, tribus Tomis, apud Martium Nutium.

Eædem observationes extant, tum in Apparatu Briani Waltoni ad Biblia sua Polyglotta Londini, anno 1659. pluribus Tomis excusa, tum in Bibliis, sive quæ dicuntur Magna, quinque Tomis majoribus. Parisiis, anno 1644. editis, sive quæ Maxima Versionum & Annotationum appellari placuit, in eadem urbe Parisiensi publicatis atque in Tomos XIX. distributis apud Dionysium Becher, Ludovicum Billaine, Antonium Bertier, & Simeonem Piget, anno 1660. neutro tamen præfixo ipsius Tirini nomine quod ratio postulabat & summa æquitas.

Jacobus VVarans.

Nonnihil scripsisse dicitur de Monetis, sed non vidi.

Ioachimus Camerarius, Papebergensis, Professor Lipsiensis.

De Numismatis, seu Moneta veterum Græcorum & Latinorum, cum Xenophontis libello de re Equestri Latinè reddito, proprioque ejus Hippocomico. Tubingæ, in-8. anno 1539. apud Ulricum Mochardum, deinde anno 1560.

Ioachimus Mynsingerus, Germanus, I. C.

Observationes ejus ad valorem Monetæ pertinentes exhibet Budelius pag. 795. suæ Collectionis.

Ioachimus Vadianus, Helvetius Medicus.

Epistola ad Rodolphum Agricolum Rhetum juniorem scripta, ubi explicatur locus apud Plinium de Dodrante & Pygmæis, de longitudine Gabbaris & quid sit Uncia apud eundem. Extat cum ejusdem Philologi commentariis in Pomponium Melam. Viennæ Austria, anno 1518. Parisiis, 1530. Basileæ, apud Cratandum, &c.

Ioannes Antonius de Robeis, Alexandrinus, I. C.

Consilium ejus ordine CXLVIII. quod tractat de Monetis extat cum aliis pag. 681. Collectionis Budelianæ.

Ioannes Aquila, utriusque Juris Interpres & Professor Tubingensis.

De potestate & utilitate Monetarum Tractatus ad Joannem Stæfflerinum, editus est in 4. Norimbergæ, anno 1542. in 4. apud Joannem Petreium, cum Gabriëlis Byel & Bilibaldi Pirckheimeri tractatibus. Colonia, anno 1551. apud Mameranum, pag. 10. Collectionis Boyssianæ, & pag. 413. Budelianæ.

IOANNES

Ioannes Arphus, Legionensis.

Cuñilador de la plata, oro, y piedras, compuesto por Ioan Arphe de Villafane natural de Leon, veſino de Valladolid. Madriti, in 8. anno 1558. apud Guillelmum Droüy, & postea Vallisoleti apud Alfonso & Didacum Fernandem Cordubensem, in 4. anno 1572.

Ioannes Baptista Egnatius, Venetus.

Vide Annotationes in Augustum Suetonii tum Iconum editatum in collectione Variorum Commentarii. In vitas XII. Cæsarum.

Ioannes Baptista Villalpandus, Cordubensis, è Societate Iesu.

Post ejus atque Hieronymi Pradi ex eadem Societate Theologi doctissimos in Ezechielem Prophetam Commentarios, parte altera Apparatus à pagina 249. Tomi III. extat de Hebræorum Ponderibus, Numismatis atque Mensuris Tractatus amplissimus, multisque Mathematicis demonstrationibus munitus, ac tabellis Ponderum, proportionum, &c. decoratus, unde alii postea largiter hauserunt. Romæ, in folio, apud Carolum Villietum, anno 1604.

Ioannes Bodinus, Andegavensis, I. C.

Discours de Jean Bodin sur le rehaussement & diminution des Monnoyes, tant d'or que d'argent, & le moyen d'y remedier. & réponse aux Paradoxes de M. de Malestroict. Patisiis, 1578. in 8. apud Jacobum du Puys.

Latinè extat redditum hoc opusculum pagina 751. Budell'ani Syntagmatis hocce titulo donatum, Tractatus de augmento & decremento auri & argenti, & quomodo ei occurrendum sit: quo respondetur Paradoxis Domini de Malestroict, ad Dominum Prevost Dominum de Morſam Regium Præsidentem in Curia Parlamenti. An editus sit scorsim nondum comperi.

Libri sexti de Republica capite secundo prolixè agit idem Bodinus de Ærario, & cap. 3. de re Monetaria, quibusque legibus Nummorum depravationi occurratur. Prostant ubique libri illius exemplaria Latina, Gallicaque, nec duo mox laudata capita omisit in sua Collectione Budelius: vide pag. 734. & sequentes.

Ioannes Buteo, Delphinus.

Inter ejus opuscula extant de libra & statera libellus: alter de fluentis atque Mensura: tertius de Ponderum inter se congruentium forma: quartus de Margaritarum pretio. Lugduni, apud Thomam Berrillum, 1554. in 4.

Ioannes Caphalus, Ferrariensis, I. C.

In libro I. Consiliorum excusum habetur ordine XXXI. ad rem Monetariam pertinens, pag. 730. Budelianæ Collectionis.

Ioannes Camerarius, Dalburgius, Episcopus VVormatiensis.

Scriptisse librum unum de Moneta sive de origine & ratione Monetæ testatur Josias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ; sed ubi editus sit ille liber non aperit, nec memini me vidisse uspiam. Eum quoque addit claruisse anno 1490.

Ioannes à Chokier, Patricius Leodiensis & I. V. D.

Tractatus de re Nummaria prisçi ævi, quæ collata ad æstimationem Monetæ præsentis ad Historiæ cum profanæ tum sacre intelligentiam non parum utilis. Leodii, apud Christianum Ouxerx, 1619. in 8. & anno sequenti Colonix, apud Joannem Kinckium eadem forma: tum 1621. Antuerpiæ, apud Belletos, nisi forte sit eadem editio à Bibliopolis, ut sæpe fit, deformatæ.

Ioannes Doüet, Dominus de Rom-Croissant.

Avis au Roy pour ôter le moyen aux méchans de contrefaire ses Monnoyes & diminuer la bonne de son poids, &c. par Jean Doüet Ecuyer. Parisiis, 1634. apud Joannem Laguchay, in 8.

Au Roy sur le sujet du rehaussement de ses Monnoyes du mois de Mars 1636. Parisiis, 1636. apud Michaëlem Brunet, in 8.

Ioannes de La Haye, Parisiensis, O. M. Lector Emeritus, Concionator Regius, &c.

Vide supra, verbo, Jacobus Tirinus, cujus Tractatum de Ponderibus, Monetis & Mensuris integrum excudendum curavit in Bibliis Magnis Maximisque, unâ cum Chronico sacro, aliisque ejusdem eruditissimis opusculis.

Ioannes Fredericus Gronovius.

Commentarius de Sesterciiis. Daventriæ, Typis Conradi Thomæi, anno 1643. in 8. Prima hæc editio plurimum differt ab altera qua postea prodit.

Joannis Frederici Gronovii de Sesterciiis: seu Subsecivorum pecuniæ veteris Græcæ & Romanæ libri quatuor. Accesserunt L. Volusius Martianus, J. C. & Balbus Menfor de Assæ. Item Paschasin Grosippi, hoc est Gasparis Scioppi, Tabulæ nummarie. Amstelodami, apud Elzevirios, 1656. in 8.

Ioannes

Ioannes Gothofredus.

Disputatio de Monetis & re Nummaria. Wirceburgi, Typis Volmari, 1623. in 4.

Ioannis Guidii.

Disputatio de Moneta in libro de Mineralibus. Venetiis, apud Thomam Balionum, 1600. in 4.

Ioannes Henricus Alstedius.

Encyclopædiæ libro XIV. & quibusdam aliis in locis tractat de Monetis, Ponderibus & Mensuris. Excusa est duobus Tomis in folio, Herbornæ Nassoviorum, anno.

Ioannes Kitzelius, I. C. Procancellarius, Academia Gieffena.

Tractatus postumus de jure Monetarum, in quo universum Monetæ jus controversiis accuratè distinctum ad praxim hodiernam summo studio & labore accommodatum atque juxta normam Juris Cæsarei, Pontificii & Pragmaticorum Imperii Romani sanctionum decisum exhibetur nunc primum in lucem editus, & notaminum quorundam utcumque tornatus interventu per Willelmum Antonii Frenudeberg. Marpurgi Cartorum, Typis & sumptibus Gasparis Cherubini, anno 1632.

Ioannes Mariana.

Tractatus de Ponderibus & Mensuris. Tolleti, in 4. anno 1599. apud Thomam Gusmanium, & apud hæredes Joannis Aubrii Francofurti, 1611. Typis Wecheliani, in 8.

Ejusdem Disputatio de mutatione Monetæ in XIII. capita distincta, extat cum aliis quibusdam ejus opusculis excusa Coloniae, apud Antonium Hieratum, anno 1609. in folio, & typis Wecheliani, 1611. in 8. Moguntia quoque, Typis Balthassaris Lippii, anno 1605.

Ioannes Phelippus, Andegavensis à Societate Iesu.

Quid Ceseph, sive quid Argentei Sicilivæ aptati ad Monetarum nobis cognitarum rationem: & quid etiam Ceseph, Libra & Talentum. Item quid corus & dimidius corus & quid Gomor in mensura, præsertim Aridorum, tum quid Nebel in liquidorum mensura. Vide versum secundum capituli III. Osæ Prophetæ Commentariis illustrati, in folio, anno 1636. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy.

Ioannes Regnaudi, Avenionensis, I. C.

Tomi XII. Tractatum Juris Gregorii XIII. Papæ jussu.

PPP 3 Venetiis.

Venetis, anno 1584. excusorum, pag. 206. extat Joannis hujus Regnaudi Tractatus de Monetis, & num debeat inspicere valor tempore contractus vel solutionis, vel moræ, & pag. 223. de Mensuris & quorum auctoritate mutantur.

Primus verò ex iisdem Tractatibus habetur pagina 71. Boyssianæ, & pag. 462. Budelianæ Collectionum.

Ioannes Ruellius, Suefionensis, Medicus.

Post Hippiatricorum libros à se jussu Francisci I. Christianissimi Francorum Regis Latinitate donatos, addidit Diodori antiqui Scriptoris brevem tractatum de Ponderibus & Mensuris Latine dumtaxat, addiditque ex rei veterinariæ Scriptoribus pondera & mensuras Galeni Parisiis, in folio, anno 1550. apud Simonem Colinaum.

Libro I. de natura Stirpium capite 16. scripsit de mensuris quibus longitudines herbarum demetitur. Lutetiæ, 1536. apud Simonem Colinaum, & Basileæ, 1537. apud Frobenium, in folio. Ad dicitur à quibusdam etiam Tractatus de rationibus ponderum. Verum illum hæcenus non vidi.

Ioannes Vasquez de Sorna, Hispanus.

Libro intitulado, Reduciones de oro, y senorage de plata con las reglas y tablas generales de lo uno y de lo otro, compuesto, por Ioan Vasquez de Sorna vezino de la Ciudad de Cadiç. Gadibus, 1620.

Ioannes Volfgangus Hillerus.

Vide suprâ, verbo, Bartolomæus Volcmarus.

Ioannis Volphangi.

Aur. dissertatio Politica-Juridica de Jure Monetarum, &c. Basileæ, apud Joannem Jacobum Genathium, 1617. in 4.

Jordanus Brunus.

De triplici minimo & mensura. Francofurti, anno 1591. in 8.

Jordanus Nemorarius.

Propositiones ejus tredecim de Ponderibus apud Joannem Petreium Norimbergæ excusæ, anno 1533. aliaque ejus opera ad Mathematicas disciplinas spectantia nostri non videntur instituti, quemadmodum neque Jacobi Fabri Stapulensis in eas Commentarii.

Iosephus Iustus Scaliger, Iulii Caesaris à Burden filius, Agenni ad Garumniam natus.

De re Nummaria dissertatio: liber postumus ex Bibliotheca Academix Lugduno-Batavæ editus à Willebrordo Snellio. Lugduni-Batavorum ex officina Raphelengii, 1616. in 8.

Iosias Simlerus, Tigurinus.

Vocabula rei Nummaria, Ponderum & Mensurarum Græca, Latina, Hebraïca, Arabica, ex diversis Auctoribus collecta & in ordinem Alphabeticum disposita. Tiguri, apud Froshoverum, anno 1584. in 8. unà cum Dominici Massarii libris tribus de eodem argumento, &c. Idem illud Lexicon suppresso ejus nomine prius fuerat editum cum Dictionario Latino-Germanico Joannis Frisii Tigurini sæpius à Froshovero edito in folio.

S. Isidorus, Hispalensis Episcopus.

Libro XVI. Originum sive Etymologiarum postquam egit de metallis, tribus extremis capitibus disputat de Ponderibus, Mensuris & signis Ponderum: superiori verò libro de agris eorumque finibus ac mensuris. Extant libri illi scorsim editi variis in locis atque unà cum aliis ejus operibus. Lutetix Parisiorum, annis 1580. & 1602. in folio. Item cum Auctoribus Linguae Latinæ unum in corpus redactis operâ Dionysii Gothofredi, J. C. &c.

Iulius Caesar Bulengerus, Iuliodunensis, è Societate Iesu.

In Imperatore Romano aliisque libris quos edidit nonnulla identidem habet ad rem Nummariam veterem spectantia.

Iulius Pacius, à Beriga, I. V. D.

Tractatus ejus de mutatione Monetarum celebratur à quibusdam, sed non vidi.

Iustus Lipsius, Belgæ.

De re Nummaria Breviarium: opus postumum curâ Joannis Rhodii vulgatum. Patavii, in 8. 1648. apud Paulum Frambottum.

Lambertus de Vlierden, Leodiensis.

Edicta Nummorum omnium quorum usus in civitate Leodiensi & vicinis Provinciis ab anno 1477. ad usque annum 1623. Leodii, eodem anno, in 4.

Laurentius Bochellus, Crespiensis; Valcius, I. C. Parisiensis

& in suprema Curia Advocatus.

In Francici Juris Miscella, atque ut Auli Gellii verbis utar, ve-

rè Confusanea Bibliotheca multorum errorum amplissimo Promptuario, nisi quando eruditorum quorundam Virorum opuscula velut quædam inseruit emblemata, de Monetis ac Ponderibus veterum recentiorumque Nummorum plurima congescit, &c. Lebreii in eadem Curia Advocati Regii extant quædam de eodem argumento actiones forenses, &c. Bibliotheca verò illa Gallicè tribus Tomis excusa est Parisiis, in folio.

Laurentius Iombertus, è Valentia, Segolaunorum ad Rhodanum urbe, Monspelienſis Medicus.

Ponderum & mensurarum usitatorum nomenclaturæ & notæ cum ejus Pharmacopœa & alijs Tractatibus Tomo I. operum ejus Latinorum. Lugduni, apud Stephanum Michaëlem, in folio, anno 1582. & Francofurti, apud Andreæ Wecheli hæredes, anno 1599. Primum verò edita fuit illa Pharmacopœa Lugduni, in 8. anno 1579. apud eundem Michaëlem operâ Joannis Pauli Zangmaiferi.

Laurentius Palmyrenus.

Ejus Orthographia, anno 1573. in 8. edita est Valentia in Hispania cum libello, cui hic præfigitur titulus:

Sylva de vocablos y phrasas de monedas medidas comptar y vender para los niños, de Grammatica Laurentii Palmyreni tertia editio.

Leonardus Portius, sive, de Portis, I. C. Vincentinus.

De Sestertio, pecuniis, Ponderibus & Mensuris antiquis libri duo. Prima editio ipso adhuc vivente auctore cum Egnatii ad Lectorem epistola, nec anno nec loco adscriptis, in 4. visa est mihi alias in Bibliotheca Raphaëlis Tricheti Frecnci. Incidit quoque in manus meas Basileensis, in 4. apud Joannem Frobenium non designato anno. Extat præterea Colonienſis, anni 1551. apud Henricum Mameranum cum quibusdam alijs.

Lucas Patus, Romanus, I. C.

De Mensuris & Ponderibus Romanis & Græcis cum his quæ hodie Romæ sunt collatis libri quinque, cum ejusdem Variarum Lectionum libro unico qui sextus numeratur. Venetijs, 1573. in 4.

Lucius Apulcius, Madanrenſis, Afer.

De Ponderibus & Mensuris ac signis cujuscumque ponderis Liber è Græco Latinus factus per Joannem Baptistam Nicolaum, cum libello de notis seu signis vel characteribus Ponderum & Mensurarum

Mensurarum incerti Auctoris. Vide supplementum operum Joannis Mefflæ Damasceni. Venetiis, apud Valgrifium, anno 1575. in folio, & ibidem apud Juntas, 1589. & 1623. in folio. Gaspar Wolphius Apulienum seu Apulium quemdam vocat, nec videtur tribuere Madaurenſi.

Lucius Marcianus.

Vide Volufius.

Ludovicus de Alcazar, Hispalensis, Societatis Iesu.

Post ampliffimos in Apocalypſim D. Joannis Commentarios ſubjecit Veſtigiationem veritatis in ſacris Ponderibus ac Menſuris, Propositionibus 24. constantem cum Synopſi Hebraicorum Ponderum & Menſurarum. Antuerpiæ, apud hæredes Martini Nutii, 1619. in folio.

Ludovicus Cellotius, Parisinus, Societatis Iesu.

Numiſmatum veterum ad Gallicam pecuniam reductorum ex Budæo tabula aucta, diſtincta, interpolata. Flexiæ in charta expanſa apud Ludovicum Hebert, 1622. Brevior hæc eadem Tabella priùs in eadem urbe jam prodierat apud Jacobum Rezé, hoc titulo: Numiſmatum antiquorum ad pecuniam Gallicam reductio.

Ludovicus de Chabans.

Raiſons pour montrer que l'Edit nouvellement fait ſur les Monnoyes eſt juſte & qu'il eſt au ſoulagement du peuple: par Louys de Chabans. Pariſiis, 1609. in 8. apud viduam Nicolai Roſſert.

Apologie de l'Edit des Monnoyes: ou reſutation des erreurs de Maître Guillaume & de ſes adherants, par Louys de Chabans Sieur du Maine. Pariſiis, in 8. anno 1610. apud viduam Nicolai Roſſert.

Ludovicus Gardinius.

Remedium erroris in Ponderibus Medicis. Duaci, apud Petrum Auroy, 1631. in 12. cum ejuſdem Traſtatibus de Medicamentis purgantibus & contra peſtem.

Ludovicus Hullin, Senator Aurelianenſis.

Le rapport des poids & Monnoyes des anciens aux nôtres, & manière de compter & nombrer en iceux, par M. Louys Hullin Conſeiller en la Prevôté d'Orleans. Aureliæ ad Ligerim, in 8. anno 1585.

Ludovicus Romanus, I. C.

Conſilium ejus XXIII. de re Monetaria extat pag. 683. Colleſtioniſ Budelianæ.

Ludovicus Savos, Medicus Parisiensis.

De ejus erudito opere diximus supra Parte prima hujus Bibliothecæ Nummarix, quam consule.

Ludovicus Servinus, Advocatus Regius in Senatu Parisiensi.

Sur l'exposition des Monnoyes fabriquées en la Souveraineté de Dombes, Plaidoyer XVIII. du III. Volume de ses Plaidoyers imprimé à Paris.

N. Dominus de Malestroict.

Deux Paradoxes du Seigneur de Malestroict, Conseiller du Roy & Maître ordinaire de ses comptes sur le fait des Monnoyes, présentée à sa Majesté au mois de Mars 1566. avec la Refutation, par Jean Bodin. Parisiis, apud Jacobum du Puys, anno 1578. in 8.

Paradoxa eadem cum Bodini responso Sermone Latino expressa habentur pag. 751. & sequentibus Budelianæ Collectionis.

Mammes Gisse, Lingonensis.

Tariffe & concordance des poids de 22. Provinces les plus pratiquées au tems present par les Marchands François, Allemans, & plusieurs autres. Lugduni, in 8. apud Carolum Pestrort, 1571.

Manlius Theodorus.

Extrate dicitur in membranis Manlii cujusdam Theodori libellus de Ponderibus & Mensuris. Vide pag. 198. Speciminis novæ Bibliothecæ manuscriptorum librorum.

Marcus Antonius Coccius, Sabellius.

Vide Commentarium ad Augustum Suetonii Tranquilli.

Marcus Antonius Tartarus.

Dichiaratione del raccordo di Marc-Antonio Tartaro in materia di Monete raccordate e publicate à sua serenità con le risoluzioni raccontate in dialogo delle opposizioni e quesiti, che potessero esser fatti contra cisse raccordo. Patavii, apud Gasparum Crivellatum, 1617. in 4.

Marianus Socinus, I. C.

De re Monetaria Consilium CXLV. ex volumine I. descriptum inseruit Collectioni suæ Budelius pag. 790.

Marinus Mercennus, Cenomanensis, Ordinis Minimorum

S. Francisci de Paula.

Traçtatus de Mensuris, Ponderibus atque Nummis tam Hebraicis quàm Græcis & Romanis ad Parisiensia expensis. Vide initium libri cujus titulus est: *Cogitata Physico-Mathematica, &c. Parisiis*

Parisii, apud Antonium Bertier, 1644. in 4.

Marquardus Freherus, Consiliarius Comitum Palatini ad Rhenum.

De re Monetaria veterum Romanorum & hodierni apud Germanos Imperii libri duo cum Nicolai Oresmii & Gabriëlis Byelii Commentariis quos notis locupletissimis illustravit. Lugduni, apud Gothardum Vœgelinum, 1605. in 4.

Ejusdem extat, de Verbis Domini Jesu: Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris; & quæ sunt Dei, Deo; sermo Votivus Theolog-historicæ ejus loci explicationem continens. Heidelbergæ, apud Christophorum Leonem, anno 1598. in 4. Anno quoque sequenti in eadem urbe excudendum curavit hoc titulo: De Numismate Censurâ Pharisæis in quæstionem vocato. Dissertatio Theolog-historica, editio auctior, in 4. apud Andream Cambicrum, anno 1599.

Martinus Garratus, Laudensis, I. V. D.

Tractatus de Monetis habetur Tomo XII. Collectionis Tractatum Juridicorum jussu Gregorii XIII. Pontificis publicatæ, pag. 203. tum pag. 36. Bossiani & pag. 445. Budeliani Syntagmatum Monetariorum.

Martinus Gregorius, Turonensis Medicus.

Traité des poids & mesures avec la composition des medicamens prise de Galien.

Matthæus Boys, Legum Licentiatus.

Tractatus varios atque utiles de Monetis, earumque mutatione ac falsitate, in gratiam studiosorum ac practicoꝝ collegit, & brevibus scholiis explanavit, præfixa ad Reinerum Budelium epistola. Coloniae, in 8. anno 1574. apud Theodorum Baumium. In ea verò Collectione reperiuntur Gabriël Biel, Joannes Aquila, Pirckheimerus, Garratus, Joannes Regnaudi, Brunus, Hornomannus, Molinæus, Covarruvias & Collegium Papiense, quos omnes postea, excepto nescio quam ob causam Biele, suam in Syllogem transtulit Budelius.

Matthæus Contius, Pastor Lechenfis.

Encomium artis nobilissimæ Numismata feriendi Latine & Germanicè decantatum, 1619.

Matthæus Hofius, Germanus.

De numeratione emendata veteribus Latinis & Græcis usitata, in 8. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, anno 1580.

&c. Antuerpiæ, anno 1632. in folio, tribus Tomis, apud Martium Nutium.

